John Adams
Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No
* ADAMS
* 161.21

MAIESTATI
REIPVBLICÆ VENETÆ,
FRANCISCO ERIZZO
SERENISSIMO PRINCIPI,
Auguſtiſſimis Patribus feliciter regnare.

OPVS hoc meum Dierum Aſtronomicorum, quod Ephemeridas vocant, (MAIESTAS AMPLISSIMA, SERENISSIME PRINCEPS, AVGVSTISSIMI PATRES,) quodque libertate Aſyli huius Veſtri munitus conſcripſi, in cuius fidem veteris quoque Romæ confugit ſuperſtes adhuc gloria; En veſtris Ego oculis obſero, manibus Veſtris munificentiſsimis ſupplex depono; precorque vt vnà Vobis ſemper regnare, & vincere; ipſi Vobis placere, ſeruireque contingat. Iamdiu quidem ex quo nomen VENETORVM admirabar tantùm, nec ſenſeram munificentiam, hoc deſtinaueram munus: ſed quoniam RES VENETA ſine remuneratione, quod meritis aſſequi meretur, non probat; en, inquam, tandem beneficio auctus ſeruitij Auguſtiſsimæ Dominationis Veſtræ, quæ Me inter enarratores ſcientiarum in almo PATAVINO GYMNASIO, ſex ſunt anni adlegit, euexitque ad Mathematices Scholam, laborum meorum, ſi quicquam eſt quod euigilauimus, dono Vobis, dedico, conſecroque. Negliget fortaſſe Sol Sereniſsimus Veſter tam Cimmerios meos Dies illuſtrare, inque caliginem Annorum fortaſſe

meorum repugnabit deſcendere; at Copia illa felix, quæ ex CORNV VENETO claritatem Mundo diffundit, ſerenam diebus meis, & pacatam lucem, vbereſque, ac copioſos radios immortalitatis vel vno intuitu communicabit. Neque erro, dum nomini Sapientiſſimæ Reipublicæ aduolutum vnà meum ad æternitatem traduco; cum doceat nihil carius ad perennitatem habere inter tot pericula rerum ipſa Gloria, RE VENETA; quæ poſt tot Vrbes, Regna, Reſpublicas à ſe interire viſas meruit ob infinitam Prudentiam Regni longitudine cum admiratione compenſari. Tranſmigrauit nempe veluti per metempſychoſim Romanorum illa Maieſtas in hoc Auguſtiſsimum Veſtrum Imperium, & inuiolabilis ex caduca vt fieret, (dum nulla ceruix in orbe ſine ſeruitij iugo, aut vmbra ſaltem libera eſt,) inuenit Natura Reipublicæ elementum, quod nutriret Virginem libertatem; inuenit Prudentia modum, vt quod olim Philoſophi aſſecuti ſunt mente, & vix conceperunt de perfecta Republica, à Vobis re facilè adſecutum, tractatumque opere conſpiceretur. Vnum Catonem Roma, Epaminundam vnum Thebæ, nec pluſquam vnicum habuere Cimonem Athenæ; Vos ſolùm virorum cœtum tantorum habetis, & quod in cæteris cum raritate miraculum, in Vobis turba eſt: quicquid enim boni olim Reſpublicæ habuerunt vno prudentiæ termino collegiſtis; Spartanorum robur, ac in tuendis Patriæ legibus firmitatem; in eligendis, deſignandiſque Magiſtratibus Carthaginenſium maturitatem; Comitatem Cretenſium publicam; Athenienſium Iuſtitiam, Romanorum Maieſtatem, opulentiamque vnà poſsidetis; immo Romæ triumphos ſuperaſtis, ni plus eſſe credamus originem inter Sabinos, Veioſque debiles ſanè hoſtes traxiſſe; quàm inter Vnnos Gothoſque potentiſſimos barbaros:

ros: adoleuiſſe inter Æquos, Samniteſque exiguos populos, quàm contra Saracenos, Turcaſque ferociſsima Imperia; Tyroni denique Mundo iugum poſuiſſe, quàm adultos iam & veteranos in ſeruitio vires eluſiſſe. Extulit quidem Roma caput; peneque vniuerſi Regina eminuit: ſed breui, vt ea potentia creuit, illico delapſa eſt: non enim regnandi peritia tam profundè radices iecerat, ut in perennitatem tàm excelſam molem educeret; Veſtra contra virtus, conſiliorum cæleſtis prudentia per tot ſecula adhuc Regnum poſsidet, illudque non crebris vicibus Regum, Conſulum, Tribunorum, Dictatorum, ac Cæſarum denique infirmatum: ſed continuata vna ſerie liberum, tantò inferius illo Romanorum vaſtitudine, quantò legibus cultius; vtpote cuius corpus, ſi ad Romanos referatur, exiguum ſit: ſed in quo maior regnet animi præſtantiſſima virtus. Decidiſtis PATRES quandòque, & aliquando haud longè ab exitio procul dubio fuiſtis: verùm deinde maiores quaſi auctis viribus in caſu ſurrexiſtis; ita ut requiri tantùm Romanorum in VENETIS imperium, non meritum, non virtus deſiderari ipſa poſſit; Felix illud, atque beatum ſi VENETIS legibus paruiſſet; quantum certè æmulatione Roma Carthaginis creuit, tantum Reipublicæ Veſtræ ſi comparetur decreſcet. Non ſine rumore illuſtri fuit Romæ Scipiones, Fabricios, Curtios creaſſe: ſed hanc bonam frugem peſſima quoque meſſe impiorum corrupit; Cinnas, Catelinas, Lentulos, Marios, Syllas bonis immiſcuit: tandem plus Ciuium quàm hoſtium Romanus gladius interemit. Numerat Roma pluſquam Heroes monſtra; Veſtra innocua MAIESTAS inuenit nullos niſi extra Rempublicam hoſtes; aut ſi reperijt, cùm nondum ſcelera docuiſsent ſunt oppreſſi.

Ingluuies illa regnandi Romanorum tàm effera, vt cum Ve-

ſtra

ſtra iuſtitia comparetur, quas non Prouincias, non Regna, quæ aut in fidem, aut in preces veniſſent, non abſtulit, abſumpſit? Vos quæ non erexiſtis fouiſtis; illi Regna Regibus, Vos Conſtantinopolim hoc eſt Imperium donaſtis. Sed abſit AVGVSTISSIMI, atq; PRVDENTISSIMI PATRES, vt puſillis epiſtolæ meæ ſpatijs totum potentiæ Veſtræ circulum explicem, qui vix Commentarijs, vix hiſtoriarum metis continetur; ſatiùs igitur, ſi extra verborum ambitum nihil alleuem, nihil amplificem: ſed diſcurram per capita, nudaſque rerum à Vobis geſtarum ſummas, ſimplices titulos attingam: Sunt verò tituli non hominum mortali manu delineati, non ſcriptoris calamo rudi: ſed gloriæ penicillo per omnium mentes inſcripti, videlicet.

VENETA RESPVBLICA BONORVM EST ASYLVM,
EIECTAE VIRTVTIS PORTVS,
ROMANAE GLORIAE SIMVLACHRVM,
QVA NIHIL MAIVS SOL ASPICIT,
ANTIQVAE BONITATIS EXEMPLAR,
MORVM OPTIMORVM IMAGO,
ITALIAE MVRVS,
FIDEI PROPVGNACVLVM,
POTENTIAE MAIORIS FRENVM,
POLITICES MIRACVLVM,
RERVM PVBLICARVM PHOENIX,
LIBIDINANTIVM BARBARORVM LINEA,
INSOLESCENTIS POTENTIAE LANX LIBRAQVE,
CVIVS PONDERE DVM EXAMINANTVR AVARITIAE,
SVPERBORVM CVPIDITATES OPPRIMVNTVR,
ATTOLLVNTVR REGNA SVBIECTORVM.

Sunt tituli tantæ REIPVBLICÆ in Europa, Rauenna veſtra ope à Longobardorum inſultu vindicata; Hadriæ ſinus à Saracenis purgatus; Dyrrachium Normandica obſidione ſolutum; Captum Brunduſium; Croatia poſſeſſa; ad Cariſtum hoſtium claſſis intercepta; Pannonius ex Italia depulſus; Mediolani Ducis fines ad Maclouium redacti; victa bello Cal-

li-

lipolis, Bibiena, aliæque paßim Vrbes ſubmiſſæ: In Græcia terra Methone, Crotoneque, Inſulæ in ea celeberrimæ Corcyrus, Cephalenea, Zacynthos, Itache, Eubœaque ipſa, quin, & Aſiæ proxima Cyprus, ipſaque legum Mater, & antiquitatis Creta; Rhodique etiam Veſtra Serenitate Solem ſuperaſtis In Thracia ne taceam, ByZantium Imperij Orientis caput non ſemel occupaſtis, & quod non minus gloriæ eſt, ſemel vt dixi, donaſtis: Non ſine titulis eſtis etiam in Africa, in qua toties de Piratico bello Veſtra Neptunia poteſtas triumphauit: Sed ſinite hinc me parum diuertere, atque vt de MAIESTATE VESTRA ſileam, quæ AVGVSTISSIMA, ac CERTISSIMA ſemper eſt; inſiſtam in eo parumper, quod de excolendis ingenijs adnotaui, in quo vt in alijs cæteras gentes, Vosque ipſos ſuperaſtis. Viguit Roma: ſed quando à Romanis, non Athenis quæſita virtus? quando non Alexandriæ, Pergamique petitæ porticus, aut ſcholæ? hæque Vrbes viguere virtute tantùm Philoſophorum, non largitate Principum, qui ſtudioſos ita expenſis publicæ pecuniæ iuuarent, vt Vos in PATAVINO LYCEO probè facitis, vbi longiùs Vobis petitus accedit anteceßor, & lector, quàm attagen illis, & phænicopterus. Quando Athenis tot aperta Collegia, tot Academiæ, in quibus veluti in Prytaneo victu donarentur ſtudioſi? En in iſtis Veſtris Collegijs Græcia adhuc ſub vulnere Turcarum palpitans adlecta ad ſtudia literarum ſuos illos Veteres Platonem, Ariſtotelem, Hippocratem, Galenum, quaſi intra ſuos fines recognoſcit. Quis verò neſcit ex Patauini Gymnaſii BOVE, quæ ſub Leonis Veſtri cuſtodia eſt, tanquam è Durateo illo Equo prudentiſſimos literarum Vlyſſes prodire quotidiè, latereque ſub illa Græcæ totius

tius facultatis ampliſsima arcana? Quis denique ignorat ſub illius BOVIS vomere tot laureata doctiſſimorum in dies extolli capita, quot ſub Colchæi militum caſſi data? ſunt porrò infeliciſſimorum temporum hæ conditiones, vt literæ dum magis vigent eliminentur, laudabilique ſuccreſcentes abundantia alicubi pro copia deſpiciantur: ſpes tamen ſola in Vobis eſt, PATRES, non decidendi à præmijs, dum Auguſta tantæ Reipublicæ MAIESTAS doctis neſcit omnibus non obſequi, habentque in Euripo Hadriæ diſciplinæ tranquillitatem, quæ in continenti fluctuant. Sumite itaque PRVDENTISSIMI HEROES, leue atque exile quidem hoc meum munus: ſed animi pondere ſat onuſtum, ſat nobile, Veſtraque humanitate, (qua quandoque ſubiectos erigitis,) hunc libellum, vt menſuram æquet, VESTRÆ MAIESTATIS, auræ flamine attolite. Auctor interim cunctis votis à DEO OPTIMO MAXIMO flagitabit ſedulò, vt MAIESTAS Veſtra, quæ tam benè literis benigna fauet, armis hoſtes exterreat, augeat Imperium, pace regnet, legibus Rempublicam teneat ſempiternis. Valete.

Datum è veſtro literarum Emporio Patauii Die XXIV. Menſis Aprilis Anno M. DC. XXXVIII.

Veſter Profeſſor Mathematices atque humillimus Seruus.

ANDREAS ARGOLVS.

ILLVSTRISSIMIS
AC EXCELLENTISSIMIS DOMINIS
Trium Viris Patauini Gymnaſii Moderatoribus.

D. FRANCISCO MAVROCENO.
D. BAPTISTÆ NANO.
D. HIERONYMO TRIVISANO.

Nulla eſt (Illuſtriſs. ac Excell. Domini) aut inter ſtudia facultas, aut inter diſciplinas voluptas, quæ magis ſtudioſorum animos non dico delectet: ſed etiã nobilitet, cæleſtium rerum ipſa notitia; quam quia veteres, & poſitione loci auguſtiſſimam, et luminium claritate nobiliſſimam arbitrabantur; non modò eam aſſequi totis viribus contendebant: verùm in ea ſeipſos æternare omni conatu procurabant: hinc ut Tullius inquit, Cepheus, hinc Andromeda, hinc Perſeus nomina ſua ſtellarum faſtis tradidere; Ptolæmeuſq; et Auguſtus Alexandri illius Magni ambitionem tranſgreſſi (qui à Liſippo ſe tantùm ære fingi, pingi ab Apelle concedebat) Berenicis uxoris comam aſtris pictam; Iulij Cæſaris auunculi vultum radijs ſideris expreſſum ad eternam famæ memoriam credi ab alijs voluere. Verùm delectatio illa, qua ad rimandum illa Sphærarum immenſiſſima ſpatia rapimur ea ratione in mentibus noſtris feruentiſſimè gignitur; quia cum ipſæ mentes illis ignibus, illis radijs conſtent, quibus ſidera fulgere videmus; gaudet cognatorum ignium pulchritudine animus, et in conſanguineis veluti illis faculis, quibus fibræ noſtræ incaleſcunt, maximæ delectatur; quarum pulchritudine poſtea captæ ex tam mirifico operis ſtupore ad æterni Opificis amorem conſcendunt, & cogitare de patria coguntur: ne tanquam Vliſſis ſocij obliuiſcamur de reditu, dum in iſto mortali fræto Syrtibus affectuum impulſi, et voluptatum procellis concuſſi, illis faculis ad cæleſtem Pharum, ad diuinum illum portum cum tota humanæ vitæ cataplo dirigimur, et inuitamur. Sed quem

† *tantæ*

tantæ machinæ mirificus motus, exoſſis illa tot ſphærarum reuolutio, lubrica, ac perennis motio, ordinatiq; errores illi non rapient? non ab humanis abſtrahent? cum totam illam compaginem ſeruire hominum naturæ cogitabit? et ſeruum tamquam lychneis ancillarijs Planetarum homini famulitium miniſtrare? ex hoc enim nobis ſolſtitia, æquinoctia, florum ſuauitas, meſſium ubertas, flagrantia pomorum temperatur; quæ omnia per originem, & ſuas cauſas non admirari inſipientis eſt animi, & à notitia ſui luminis diſciſcentis; Quæ inueſtigatio eò dulcior eſt, quod non ut reliquæ diſciplinæ Aſtronomia una ſemper contemplatione, vno ſcientiæ termino continetur: ſed varietate etiã delectat, multiplicique apparentiarum, ac nouo in dies apparatu ſemper aliquid, de quo cogitari, ac diſputari poſſit producit; ac Africa pœne Cælum nunc eſt in quo noui in dies continuò aliquid obſeruetur; quapropter phænomena, quas apparentias vocant non amplius viſa conſpicimus, et quibus regiones, loca, numerus, magnitudines ſuperiorum corporum, aliaq; præteritis ſæculis conceſſa in dubium reuocari certum eſt; atq; ex illis ſatis eſt intelligere; non à tot Veterum, et Recentiorum obſeruationibus, ſollicitiſq; laboribus omnia adhuc exactè eſſe cognita: ſed non eripi poſteritati ſuas laudes, quas in obſeruandis, et cognoſcendis reliquis, quæ nunc obſcuriſſima ſunt obtineat: Aſtrologiæ nãq; indies, ac Aſtronomiæ nobiliſsima arcana innoteſcent; et ſuos parentes, hoc eſt ſidera tempus ipſum efficiet clariora. Cæterum poſt Ptolemæum illum Alexandrinum adhæc uſq; tempora præcipuam ijs nauauit operam Daniæ decus, et gloria Tycho Brahæ; qui Herculeis laboribus, expenſiſq; eximijs cum Iolais ſuis, qui ipſum ſectabantur Magiſtrum, hanc motuum cæleſtem Lærnam complanauit, Aſtronomiamq; inſtaurare aggreſſus eſt. Ego interim ſcientiæ huic addictiſſimus; Vraniam muſarum Reginã conſectatus Ephemeridas annorum plurium deſcripſi; Maieſtatiq; Reipub. Veſtræ Sereniſſ. Principi, Vniuerſoq; Patruum Excell. cætui conſecrauiset cum (Proceres optimi) plurimis et prægrandib. beneficiorũ vinculis priuato etiam nomine à D.D.V.V. obſtringerer; ingrati animi labe infici merebar ſi qualecumq; hoc munus tholo Veſtræ dignitatis etiã nõ obſignarem; qui

Pa-

Patauij Athenæum porticus, nempè diſciplinas regitis, et ſub quorum tutela meæ etiam qualeſcumq; Mathematicæ facultates bona adnuente Pallade requieſcunt. Debeo hoc meritis innumeris Veſtris, ac familijs tot ſæculis maxime conſpicuis, leue quidem munus: verùm quia incipit iam eſſe Veſtro nomine inſigne non adſpernabile; vt quodlibet rude pallium fit communicatione melioris laciniæ prætioſum, ſi illi cõſuatur purpura; componantur aurum, et gemmæ. Spero itaq; futurum, ut quod offero ſereno ſuſcipiatis vultu; et me, meaq; omnia protegatis. Deus interim opt. Max. Rempublicam hanc Veſtram diutiſſimè, Voſq; cumulatiſsimè fortunet. Datum Patauij Die 24. Aprilis 1638.

Excellentijs VV. S. Illuſtriſſ.

Deuinctiſs. Cliens.

ANDREAS ARGOLVS.

IL-

ILLVSTRISSIMIS
AC EXCELLENTISSIMIS
Senatoribus
D. IOANNI BASADONNA.
D. PETRO FOSCARENO.
D. IOANNI PESARO EQVITI
Dominis Mecænatibus clementiſſimis
ANDREAS ARGOLVS
Mathematicarum Artium in Patauino Atheneo Profeſſor
Benè agere.

NEque honorabilius quidquam Aſtris meis poterat contingere, neque vnquam optabilius, (Viri Principes Veneti,) quàm ortu ſuo Reipublicę Veſtræ Serenitatem nanciſci, orientis terminum ex veſtro Cœlo auſpicari; vt videlicet clariora quàm ſunt, radijs inde mutuatis, perpetuo per hominum manus meatu, fauſtaq; volutatione perterantur, & currant. Ecce etiam ſidera benigno natalitio euentu naſcuntur, quæ ſub Cœlo tam proſpero Veſtri Imperij in lucem exeant; ecce non modò oræ, Vrbes ſub certo ſidere ſupponuntur; quin quoque ſydera certis vrbibus, & regionibus; dum ſub Imperio, ora, ac Vrbe veſtra ſtellæ hæ noſtræ mutuato ordine collocantur. Eas nomini Veſtro voueo, vt quæ à Vobis Oceanum ſuum in veſtris vndis naſcendi acceperunt, tamquam ab Atlantibus numero, & authoritate maioribus habeant fulcimentum. Dies iſti mei, (Domini,) ſub faſtis veſtræ nobilitatis currant, non illis veterum Conſulum ceſſuri, dum tantis præſignabantur nominibus. Et quibus ſanè potiùs vnquam alijs ſiderum labores conſignem, quàm Vobis, pro quibus laborant ſydera vt pari cum ipſis æternitate inter cineres Athenarum, Carthaginenſis, Romanæque Reipublice veſtram ad huc vegetem, æternamque conſeruent? Quibus dies meos ſidereos libentius dedicem quam Vobis met, qui libertatis auro ipſo prætioſioris dies aureos feliciter reducitis? Sciebam ego quantùm accepti à vobis in rationali Ephemeridis debitor collegiſſem, cùm obtulit fortuna ad ſoluendum; Ephemeridas ipſas tholo famæ Veſtræ donariorum inſtar Cœlitum ſuſpendo; Dies quos elucubratione nocturna, vigilique calamo exaraui ſuſcipite, & vnà inter ſæcula Venetæ lucis ſuſpendere ne dedignamini: ad æuum enim veſtrum, (quod ab Antiquitate Troiana incipit, neque adhuc cariem ætatum ſentit) haud irrepet temporis nebula, neque Lethea complicet obliuio; quod ſi peſſimi liuoris procella noſtra hęc ſidera confuſcabit, & Titanorum inuida quæret aggredi impietas: Veſtrum erit, (Proceres,) tutelæ Leonis Veſtri hunc etiam libellum, quicumque is ſit, committere, clipeoque veſtro recipere ſidera; quod egregiè quidem feceritis ſcutum Achillis æmulati, inquo Cœli aſtra olim Homerus incluſit Valete.

Patauij Die XXIV. Iunij M. DC. XXXVIII.

LOVIS
PAR LA GRACE DE DIEV
ROY DE FRANCE
ET DE NAVARRE.

A noz amèz & feaux Conſeilliers, les gens tenans noz Cours de Parlemens, Baillifz, Seneſchaux, Preuoſtz, ou leurs Lieutenans, & a tous autres noz Iuſticiers & Officiers quil appartiendra, ſalut. Noſtre bien ame Paul Frambot nous a faict remonſtrer qu'il a recouuert vn Liure intitule *Andreæ Argoli Medici Philoſophi ac in celeberrimo Patauino Gymnaſio Mathematicas profitentis Ephemerides*, quil deſiroit faire imprimer & mettre en lumiere s'il auoit ſur ce noz lettres a ce requiſes & neceſſaires. A ces cauſes deſirant bien & fauorablement traitter ledit expoſant luy auons permis et octroyè permettons & octroyons de grace ſpeciale par ces preſentes faire imprimer ledit Liure par tal Imprimeur & Libraire quil voudra choiſir en tal marge & caractere que bon luy ſemblera, iceluy mettre & expoſer en vente & diſtribuer durant le temps de Six ans. A commancer du iour quil ſera acheuè d'imprimer deffendant a tous autres Imprimeurs Libraires eſtrangers & autres perſonnes de quelque qualite quilz ſoient d'imprimer, ou faire imprimer, ny mettre en vente durant ledit temps ledit liure ſoubz couleur de fauſſes margues ou autres deguiſemens ſans le conſentement & permiſſion dudit expoſant ou de ceulx aians charge de luy ſur peyne de confiſcation d'icelluy de Quinze Cens Liures d'amende & de tous deſpens dommages & intereſtz contre luy A la charge d'en mettre deux exemplaires en noſtre Biblioteque publique & vn auter exemplaire es mains de noſtre treſcher & Feal le Sieur Seguier Cheuallier Chancellier de France ſuiuant noſtre reglement a peyne d'eſtre deſcheu du preſent Priuilege Si Vous mandons que du contenu en ces preſentes Vous faciez, ſouffriez, & laiſſiez iouir ledit expoſant plainement & paiſiblement, & a ce faire ſouffrire et obeir tous ceulx quil appartiendra en mettant au commancement ou a la fin dudit liure ces preſentes ou vn bref extraict dicelles voulons quelles ſoient tenues pour deuement ſignifiees & qu'a la collation foy ſoit adiouſtee come au preſent original, car tel eſt noſtre plaiſir. Donnè a Paris le cincque. Iour de Feburier L'an de grace Mil Six Cens Trentehuict, & de noſtre Regne le Vingthuict. & plus bas eſt eſcrit. Par Le ROY en ſon Conſeil & ſoubſignè Petit & ſcellè du grand Seeau de Cire Iaulne.

IN

IN EPHEMERIDAS C. V.
ANDREÆ ARGOLI
Matheſeos in Patauino Lyceo Profeſſoris Celeberrimi.

R.P. MAGISTRI ALBERTI CAMPANÆ ibidem publici Sacræ Scripturæ Interpretis.

HEXASTICON.

I Liber, i, plauſu vaſtum celebrande per orbem.
Argolus in fronte eſt, obuius orbis erit
Quondam centenis Argus rutilabat Ocellis,
ARGOLVS *hic quantis ignibus æthra nitet;*
Cernebatque ſuis Argus præſentia ſolum,
Tu ventura tuis Argole cuncta vides.

CASPARIS BARLAEI. V. C.

IN cœlis habitare Ioues non miror, & aſtris
Non procul amotos dicere iura Deos.
Qui terris dant iuſſa, ſuis contermina terris
Imperijſque, Duces proxima regna tenent.
ARGOLE, *tu terras habitas, & ſidera verſas,*
Atque alio Superos fixus in orbe vides.
Tu Phœbi, Lunæque vias, & tempora ſignas,
Tantaque ſpectator corpora pone premis.
Diſponit grandes humana induſtria mundos,
Terribileſque noua contrahit arte faces.
Hic habitas, atque omne latus percurris Olympi,
Et ſecreta Deûm vaſtaque regna notas.
Sic cœlos meruiſſe potes. Si Iupiter eſſem,
Non tibi terra domus, ſed Iouis aula foret.
Qui conuexa, Deos, qui luces ordinat, inter
Debebat medios hic habitare Deos.

SCIPIONIS A GRANDIMONTE
CARMEN.

DVm rapidos Solis curſus, Lunæque meatus.
Ad numeros legemque vocas: & menſus Olympum
Aſtra refuſa doces numerato incedere greſſu:
Seu modò falcatam rediuiua luce Dianam,
Mox radijs fœtam, ſiue interlunia nobis
Menſurata refers: quando, quantumque laborent
Noctis, & vmbrarum rectrix, rectorque diei,
Cùm caput obſcura ferrugine tingit vterque,
ARGOLE ſupremi reſerans miracula mundi,
Digna Syracuſio profers monumenta Magiſtro;
Et maiora quidem, ſi verum fama loquatur.
Ille etenim paruo concluſerat æthera vitro,
Mentitus veros ſimulatis flexibus orbes:
Sed fragilis periit labor, & iam nulla ſuperſunt
Fragmina: tu firmum ſolidoque adamante recuſum
Argole fingis opus, quod nulla aboleuerit ætas,
Dum geminum claris Sol ignibus imbuet orbem.
Dumque tu Ephemeridas certos producis in annos,
Fama tuum nomen longum producet in æuum;
Et numeri, quibus ipſe Polos, & Sidera ſignas
Durabunt, conuexa Polus dum Sidera paſcet:
Haſque adeò curas Titan orienſque, cadenſque
Protrahet ad plures, quàm tu modò potrahis annos.

Eiuſdem ad eundem votum.

OPto tibi, qui tam multos prædicis in annos,
Poſtremo vt poſſis anno prædicta videre.

AD IOANNEM EIVSDEM FILIVM
CARMEN.
BARTHOLOMÆI TORTOLETTI.

QVI clari flammas reduces, & ſidera Cæli
Deletum ante orbem nimboſæ mole procellæ,
ARGOLE, ſuſpenſis animis videre priores,
Et varios ſtellarum ortus, nec inania mundi

Fæ-

Fœdera ſeruarunt longo comperta labore;
O quantum meruere decus, quæ nominis alæ
Æquum eſt, ut latè volitent, & ſecula vincant.
Scilicet, hi quandò ſuperæ diuinitùs aulæ
Cum terra nexus ima, cumque aere conſtant,
Ollis inceſſit menti generoſa voluptas
Et quæ mortalem foueant agnoſcere vitam,
Et ſpectare Deo, qui lux æterna fauillas
Finitimas, mediaque frui ſub imagine ſummo
Lumine, & ad ſeros hæc mittere nota nepotes;
Quò nempè abiectis curis mortalibus, alto
Maturemus iter diuina capeſſere docti.
At genus infidum ſubijt, ſubiere prioris
Iuſtitiæ immemores, oculos quibus adfuit vltrà
Nulla fides; regnis inhiare, & viuere rapto,
Ac ruere in venerem, ſola illis cura, ſaluſque
Et ſtellas fecere Deos; his ponere Templa,
Thura focis adolere ſacris, & poſcere ab ipſis,
Nominibus ſponte impoſitis, vultuque tributo,
Fataque, fortunaſque virum, & decus omne futurum.
Hinc labes, heu quanta mali, quàm læua cupido
Mortales rapuit, Cæloque auertit ab ipſo,
Dum Cælum quærunt, & ab aſtri lumine pendent
Non vtinam hæc noſtros manaſſet peſtis ad annos,
Nec peteret fortuna Iouem, medioque ſub axe
Hoſpitia oraret ſeruantem regia Solem,
Horum adeò blanda ſpecie, tum fallere doctis
Pollicitis illecti animi ſibi maxima fingunt,
Incuſant que moras, atque anxia viſcera torquent;
Et Chaldæa leues corrumpunt claſſica ſomnos.
Cum tamen è ſummi imperio, nutuque Tonantis
Pendeat omne decus; trabeas æraria condunt
Aeterno vallata ſinu, faſceſque ſuperbos;
Et manus arbitrium ſceleri diuina nefando
Eripit; hinc magni ſurgunt de puluere Reges,
Et validi celſa voluuntur ſede Tyranni.
Ecce vt Dauides (neque enim tantum inſtar in vllo eſt)
Opilio impubis ſolium regale beauit
Rebus præclaræ geſtis, & ſemine diuo:
Vt contra Argolica fractus virtute Darius
In præceps abijt ſummo de culmine rerum,
Et puerum mundi Dominum fecere ſariſſæ.
Ergò cùm quæuis nitidæ faſtigia ſortis
Sint vni referenda Deo, cui iuſſa laborat
Machina terrarum, atque reuoluitur arduus æther;
Quis neget, & curas omnes, et Palladis artes
Debere hunc vnum ſpectare, & quærere finem?

Imò

Imò quæ vitæ facimus labentis ad vſum,
Illa etiam ſint plena Deo; omnipotentis honores
Propoſitos habeant oculi, nec vilia curent.
Hæc Patris laus prima tui, non vana tueri,
Nec cæcas radio è ſuperis deducere ſortes.
Ille quidem haud Arabum deliramenta ſecutus
Virtuti ſtudet, atque Deo, mortalis ad vſum
Indiga quà Natura vocat, dùm ſeruat Olympi
Atria, & aſtrorum curſus, varioſque recurſus
Diſponit, longaque dies compage recenſet.
Scilicet ingenii conatu, & paſſibus æquis
Annorum metitur iter, conuexa peragrat
Sphœrarum, & ſpatia immiſſis ſecurus habenis.
Corporibus certum eſt ſuperi terreſtria mundi
Corpora quippè regi, ſolidæquè haurire ſalutis
Semina, nonunquam morbos: & conſcia fati
Principia, & languet Cœli ſub vulnere ſanguis.
Hinc ſenior didicit Naturæ crimina Cous,
Multaque deleri docuit; neque cærula Nerei
Veliuola tutus ſulcabit nauita pinu:
Nec flauas autò agricola ſperabit ariſtas,
Vraniæ ni fulta opibus, rerumque periti
Celſarum Soliſque vias, Luneque meatus
Obſeruent, adituſque & fœdera noxia vitent.
Propterea eximias Genitoris viuida laudes
Fama dedit iam dudum oras decurrere in omnes;
Nec vaga dum rutilis labentur lumina campis,
Deſinet. has illi grates aſtra aurea reddunt.
O quàm felices ambo, quos ornat Apollo
Nato digne Parens, & fili digne Parente;
Nam Sophiæ ſuetus dites diuertere in hortos
Mocomas etiam demulces carmine Muſas.

FRANCISCI DE VVERTBELGA

à Munitionibus Reipublicæ Venetæ.

TETRASTICHON.

MIRARIS præuiſa diu quod euntibus annis
Momentis redeant tempora quæque ſuis.
Deſine mirari: mens Argoli in orbibus aptat,
Quæ manus in cartis ingenioſa notat.

IO-

IOANNIS ARGOLI I. V. D.
& in Gymnaſio Bononienſi Humaniores Literas publicè profitentis.

AVCTORIS FILII.

ÆTHERE cùm volites, perque Aſtra micantia curras
Impiger, et ſoleas Sidera ferre liber.
Hîc tamen in terris ne te terat inuidus vnguis,
Quem tibi patronum, quæ tibi ſceptra paras?
Magna quidem turba eſt: ſed tu modò pergere gaudes
Quà vecta Hadriaco Virgo Leone ſedet.
I celer, et bene conueniunt ſua ſidera ſignis.
Hæc Virgo ſtellis; hic Leo dignus erat.

ANDREÆ MORETTI
Brix. Phil. & Med. D.

EPIGRAMMA.

QVAE noua conſurgit facies pulcherrima Cœlo?
Quis motus, ſtatio, meta, recurſus, honor?
Inuia quæ quondam mortalibus aſtra nitebant;
Aſtu iam ARGOLEO peruia facta nitent.
Aſpice quàm faciles peragat iam quæque receſſus
Orbita, quàm certò ſæcla futura notet!
Orbibus adde Orbes, ſphæras ſuperinijce ſphæris.
Visnè mouere omnes? ARGOLVS vnus aget.

PROSPERI ARGOLI I. C.
Auctoris Filij de Vrbe Veneta.

EPIGRAMMA.

FLEBAT adhuc Graiis Troiana palatia flammis
Vſta ſub æquoreo qui manet orbe Deus.
Vt vidit tandem Hadriacis è fluctibus arces
Surgere Vulcano talia dicta dedit.
Tu licet inuideas, ecce altera Troia reſurgit,
Priſca iacet flammis; hæc noua viuet aquis.

SIX-

SIXTI ARGOLI I. V. D.
Auctoris Filij, Rectoris Eccleſiæ S. Georgii Carmignani Patauinę Diocœſis.

ARGO prima ratis ſymplegadas exit in vndas.
Illa eſt prima Euros auſa carina pati.
Illa prior Getico direxit ſidere puppim,
Et Duce ſe Cælo credidit Oceano.
Hanc bene tu proprijs vt nomine laudibus æquas;
Argole par illi mens tua currit iter.
Quis numeret Cæli curſus, totidemque recurſus,
Quis tua quot ſubijt mens, redijtque vias?
Laus illi tandem eſt tabulas habuiſſe loquaces.
Audimus tabulas nonne docere tuas?

AVCTORIS AD LECTOREM.

ISTA Diurnales, qui noſtra volumina libros
Aſpicis, ore pio perlege lector opus.
Pura præcor violet ne Sidera liuor iniquus;
Aſtraque ne nubes inuidioſa premat.
Sancta placet ſtudijs: Sed cùm ſine Gorgone Pallas
Et ſine vipereo cùm Dea crine nitet.
Sume rogo hæc igitur Tu ſidera fronte ſerena
Si radient meritis illa ſerena tuis.

PRÆ-

PRÆFATIO

Ephemeris Græca vox eſt, quæ Codicem, in quo per ſingulos dies alicui incidentia, ſiue bona, ſiue mala ſint, adnotantur: unde, & Diurnum, aut Diarium ipſam Latini nuncupant. Aulus Gellius, Aſellionis ſententia ἐφημερὶς *inquit vocatur apud Græcos Diarium, vbi per dies ſingulos res geſtę ſcribuntur. Ephemeris quidem multiplex, & varia, prout diuerſi generis res ſcriptas ſeruabat, multifariam numerari conſueuerat; ſic Domeſticæ, & familiares Ephemerides; ſic Militares, Publicæ, Hiſtoricæ, Sacræ, Regiæ, Nocturnæ, Medicæ, Ruſticæ, Libitinæ, Mathematicæ, atque huiuſcemodi dictæ ſunt: Domeſticæ quidem ſumptus, ac redditus bonorum exhibebant, deque his intellexit in amoribus Ouidius cùm dixit,*

Inter Ephemeridas melius, tabulaſque iaceres,
In quibus abſumptas fleret auarus opes.

Et Propertius

Me miſerum his aliquis rationes ſcribet auari,
Et ponet duras inter Ephemerides.

Quo ſenſu Seneca, alijque locuti ſunt: libelli enim erant in quibus, vt puto, recta pagina redditus, aduerſa expenſæ notabantur; quod videtur Iuuenalis deſignare inquiens:

---------- relegit tranſuerſa diurni.

De fœnore Plutarchus ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἐφημερίσι γράφοντες ὅτι τῷ δεῖνι τοσοῦτον διδόασιν, ἔλαττον διδόντες. *id eſt*, in ſuis Ephemeridibus ſcribentes, quod alicui tanta tribuerint, cùm minus tribuant. *Sunt & Militares, quibus Du-*

ces in caſtris degentes temporum vices, & variationes examinabant, ut inde incommoda exercitui euitarent. Aſtronomia enim inquit Plato de Republ. non ſolùm Agriculturæ, & arti Nauticæ: ſed etiam Militari vtilis eſt, cùm circa tempora, & menſes, & annos verſetur. *Hinc precognitiones illæ eclipſium, quæ aſtutia Imperatorum in ſeditionibus militum tantum profuerunt, emanarunt; hinc illæ Caſtrorum motiones nocturnæ, quæ ad ſiderum ortus, ac motus, tanquam nauis in mari plerumque, vt ex hiſtorijs apparet, directæ ſunt. Fuerunt Publicæ eæ, quæ ad priuatam vitam pertinent, notanturque in ijs tempora, quibus feſtorum dierum recurrentes ordines, ludorum, cæremoniarumque ſtatæ vices deſcribuntur; ut paßim in Ouidij Faſtibus cernere eſt, vbi ludorum dies, qui apud Romanos fierent pomparum, cæterarumque rerum, quæ publici iuris ſunt, recenſentur. Sunt Hiſtoricæ, quæ non per annos, ſed per dies rerum geſtarum hiſtoriam continent, eaſque* Diurna actorum *appellat Tacitus. Sacras eas dicimus, inquibus ſacra per dies certos peragenda recenſentur, & quæ militanti Eccleſiæ ſunt neceſſaria; ut ſi iuxta Pauli præceptum ad Corinth. cap.* 14. *omnia* εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν *in eccleſia agere velimus, ac Martyrum exempla certis diebus, quibus paſſi ſunt, recolendo eorum memoriam ſequi, opus ſit Ephemeridum ſacrarum eruditio, quas Martyrologia nuncupamus; cum apud Romanos etiam à Pontifice Plebs iuxta Curiam Calabram vocaretur ad audiendum numerum nonarum, & quæ ferè toto menſe eſſent futura, vt Macrob. lib. Saturn.* 1. *declarat. Regias libellos dixerunt, qui Regum ab ipſis obſignata per ſingulos dies recurrentia habuere. Ephemeridas ſic Ceſaris citat Plutarchus, cùm inquit:* περὶ ἧς μάχης ὁ Καῖσαρ ἐν τοῖς ἐφημερίσι γέγραφε. de qua pugna Cæſar in ſuis Ephemeridibus ſcripſit. *Aureliani item Vopiſcus Ephemeridas illius viri ſcriptas habemus. Fuerunt & Gallieni Principis, quæ à Palfurio Sura ſcriptæ erant, & Turdulus Gallicanus Probi etiam Principis Ephemeridas ſcripſit. De Regiis Ephemeridibus ita Arrianus* καὶ αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες ἔχουσι, Regiæ Ephe-

me-

merides ſcriptum habent. *& Scaliger Ephemeridas de rebus Alexandri Magni recenſet de Emendat. tempor.* obijt Alexander, vt ex Ephemeridibus ipſius morbi relatum eſt. δαισίκ τῇ τρίτῃ τελευτᾷ αὐτός hora tertia menſis Daſy iam finientis. *Nocturnarum meminit Syneſius Cyrenenſis Epiſcopus, ac memorialem quendam libellum intelligit, in quo ſi quis noctu aliquid in ſomnis viderat, deſcribens mox interpretationem applicaret ad futura, atque inde venturorum certitudines captaret. Scholiaſtes* Syneſij *Nicephorus eundem Syneſium ſcripſiſſe librum Somniorum, quæcunque viſionis conſecuta ſunt continentem enarrat, librumque exinde vocatum Ephemeridem nocturnam, & Somniorum. Syneſius certè libello Lemnium Sophiſtam nominans ipſum Ephemeridas huiuſcemodi ſcripſiſſe confirmat. Medicæ quo modo, ac tempore pharmacis eſſet vtendum præſignabant. Iuuenalis:*

Si prurit frictus ocelli
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit.

De qua re & Plinius lib. 29. cum Crinas Muſilienſis arte geminata vt cautior, religioſiorque ad ſyderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dando, horas obſeruando cum authoritate, præceſſit. *Hinc eſt, ut ad obſeruanda ſydera in morbis cura medentium quandoque deflectatur; quod fiendum maximè inter alios Galenus præcipit. Ruſticarum quidem Ephemeridum, in quibus ſerendi, ac totius agricolationis leges inerant exemplaria adhuc remanent: quas Roſinus in ſuis Antiquitatum Romanarum Libris, & Gruterus in Theatro totius orbis inſinuant ex marmore veteri delineatas; paſſimque non modò ex Palladio (cuius totum opus Ephemeris Ruſtica eſt,) ſed ex Varrone, Columella, ac Plinio ſpecimina Diariorum ruſticorum habemus, qui ex ſyderum configuratione temporis vices ac variationes enunciantes agriculturę momenta Agricolas docent. unde & Virgil. Lib. Georgicor.* 1. *inter numina Naturalis Theologiæ ſidera etiam ipſa, quæ præcipuè agricolationem moderantur, inuocat. Li-*

bitinæ Ephemerides libelli dicebantur, vbi mortuorum recenſebatur numerus. In Chronico Euſebij Hieronimus vt per multos dies in Ephemeridem decem millia fermè mortuorum hominum referrētur. *In Nerone Suet.* acceſſerunt tantis ex Principe malis, probiſque quædam, & fortuita peſtilentia vnius Autumni quatricenta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. *Erat Libitina funerum Dea & ſepulchrorum; de qua ad rem noſtram Horat. lib. 2.*

Nec mala me ambitio perdit, & plumbeus Auſter,
Autumnuſque grauis Libitinæ quæſtus acerbæ.

Mathematicæ verò Ephemerides, de quibus nobis in præſentiarum ſermo eſt, Canones ſunt, ac regulæ quibus per numerorum poſitionem ſyderum viæ, ac reciproci ambitus, cæteraque omnia quæ in Cælo ſingulis diebus accidunt continentur; & quidem fuiſſe antiquiſſimum vtendi vſum non eſt qui non approbat, cum tandiu extitiſſe dicere conſentaneum ſit, quamdiu ars ipſa ſyderum extiterit; illa verò apud ethnicos ad Promethei vſque tempora ſuam ducit originem; apud Hæbreos Abraham ad ætatem, qui velut de Prometheo ait Æſchylus; fundamenta huius artis inchoauit, atque Ægyptios docuit; celebraturque à Ioſepho de Antiquit. Iudaic. vti ſyderalis ſcientiæ peritiſſimus. Syderum certè curſus non niſi numeris capi fas fuerat, qui Ephemeridas inde neceſſariò concinnant; docetque nos pulchrè Iſaias qui ſaluent te *inquit* augures Cęli, qui contēplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex ijs enunciarent ventura tibi. *De Ephemeridibus ſic Arbiter ille leporum* altera tabula Lunæ curſum, ſtellarumque ſeptem, & qui dies boni, quique incommodi diſtinguente bulla notabantur. *Orpheus inſuper Ephemeridas eodem modo quo Heſiodus dies ſuos Aſtrologicos diſpoſuit, teſte Tzeze auctore* & *ſi penè imi ſeculi, ingenij tamen ſuperioris:*

Ὀρφεὺς ὁ μέγας σύγγενος ὑπάρχων ἡρακλεῖ
γράφας ἐφημερίδας.

Or-

Orpheus eximius viuens par Herculis æuo
Auctor Ephemeridum.

Plinius Mathematicas Ephemeridas, vt ſuperiùs dixi, Crinam Maſſilienſem habuiſſe, atque ijs vſum ad rem medicam affirmat. Iuuenalis *ſanè Aſtrologorum Ephemerides apertiſſimè citat.* Kalendaria *aliter dictæ ſunt, quod videlicet à principalioribus diebus, quos vocant* kalendas *latini incipientes per ſingulos deinde dies motus Aſtrorum, & συζυγίας, hoc eſt, coniunctiones exhibeant. Sunt qui illud Ouidij*

Qui puteal, Ianumque timent, celereſque Kalendas,

et Horatij

Qui tùm cùm triſtes miſero venere Kalendæ,

ad kalendarium accommodent; vt inde dictum Libellum exactionum putent, qui mos nunc viget, quod eo ſoluendæ penſiones regiſtrarentur, quæ Kalendis *ſoluendæ apud veteres eſſent. Nec probo. Non enim niſi de domuum penſionibus ſoluendis Iunij kalendis inuenient apud Plinium Nepotem. Cæterùm de kalendario, hoc eſt, Ephemeride Senec. lib* 1. *de Benef.* nemò beneficia in Kalendario ſcribit, nec auarus exactor ad horam, & diem appellat. *Tertullian. de habitu muliebr.* Kalendarium expendunt, & ſiniſtra per ſingulos digitos de ſaccis ſingulis ludunt. *Vbi morem notat veterum, qui ſaccos, ideſt crumenas digitis alligatas geſtabant, quod optimè Salmaſius docet in Hiſtoriam Auguſtam.*

Almanach. vocant Arabes quaſi diſtributionem, numerationemque ab radice Hebrea Mach. quod numerauit, & diſtribuit ſignificat. Practici etiam libri dicti ſunt, quandoquidem illis actiones, & inprimis ruſticæ operæ ad ſingulos dies ex poſitione ſyderũ præſignari ſoleãt; Περὶ νυκτῶν ϗ ἡμερῶν *libelli etiam dicuntur à Græcis, quos vno vocabulo* νυχθημέρων *quoque nuncupauere; quorum duos ſcripſit Theodoſius, cuius extant phænomena. Extant Ephemeridis fragmenta P. Nigidij, cui figuli ex re cognomentum ceſſit, atque apud Victgeſium leguntur quam* βροντοσκοπίαν *vocauerat auctor, in qua per tonitrua ſingulis die-*

bus miſſa agricolationis meſſium, aliarumque rerum colligebat futura, quam tantum ad Polum Romanum fuiſſe fabricatam idem auctor, ſeu mauis quiſpiam alter fatetur, cùm inquit: ταύτην τὴν ἐφήμερον βροντοσκοπίαν ὁ Νιγίδιου οὐ καθολικὴν ἀλλὰ μόνης ῥώμης εἶναι ἔκρινε.

Hanc tonitrualem Ephemeridem Nigidius non generatim, ſed tantum iuxta Romam valere cenſuit. *Sic Ioannes Laurentius Lydus de menſibus Mathematicè ſcripſit teſte Suida.* ἰωάννης φιλαδελφεύς λυδός οὗτος ἔγραψε, καὶ περὶ μηνῶν βιβλίον, α, καὶ περὶ διοσημειῶν ἕτερον, καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν.

Ioannes Philadelphus Lydus hic ſcripſit librum vnum de menſibus, de ſignificatione in aere alterum, ac quibuſdam poſitionibus alijs Mathematicis. *Vbi ſi menſium aduertas ſcriptionem, & mutationes aeris, ſtatim dices fuiſſe Ephemeridas. quod & Photius in Bibliotheca recenſet, & Chekus cùm Leonem in Tacticis verteret,* Ioannis *lydi inquit* diurnam, menſtruamque obſeruationem. *Syderum verò motus, ac profectiones numeris inter lineas diſpoſitis includi, ac deſcribi ſolitos ex Syneſio habemus ad Pæonium de Aſtrolabij ſui vtilitate.* De circulis autem quoſdam circum alios, quoſdam per alios duximus; vniuerſos autem in partes ſecuimus, vt quintarum certe partium lineas grandiores, quàm ſingularum partium fecimus. Preterea quòd numerorum etiam inſcriptiones iuxta has lineas exculpſimus &c. *Sic per numeros ſydera diſtincta, ac notata aſſerit Plato:* hac ratione, conſilioque Deum ad temporis conſtitutionem factus eſt Sol, & Luna, & cætera quinq; Aſtra, quæ Planetæ dicuntur, vt illorum obſeruatione tempus diſtinguatur, & numeri temporis obſeruētur. *Vbi momenta temporum numeros vocat; quod videlicet numeris Arithmeticis Aſtrologia includatur. Ex quo rectè in Cebetis Tabula Geometræ, ac Arithmetici Aſtrologos ſequuntur: numeros verò pro ipſis Ephemeridibu capi, certum eſt. Nam illud Iuuenalis,*

------------- Non ibit numeris reuocata Traſulli

idem

idem ſignificat, quod niſi inſpecta Ephemeride iter non ſumit. Nam cum ſubcinit

------------ vectari non placet, hora
Sumitur ex libro.

Horatius etiam ad Leuconoen.

Tu neque quæſiueris ſcire nefas, quem mihi quem Tibi
Finem Dij dederint Leuconoe, nec Babylonios
Tentaris numeros

Vbi Acro Babylonij conantur comprehendere finem vitæ ſuæ numeris. *Videlicet quibus Geneſis conflatur, vt ſubindicat alter interpres Porphyrio, cùm inquit:* Mathematicos intelligit. Babylonij enim Aſtrologiam inueniſſe dicuntur. *Et Landinus magis neotericè,* dixit, *inquit* numeros, quia ſine numeris Aſtronomicis non conficicitur Aſtrologia. *Cicero ad hanc rem:* Contenmimus etiam Babylonios, qui in Caucaſo Cæli ſigna ſcrutantes numeris & notis, *non motibus*, Stellarum curſus proſequuntur. *Vbi poſſet oboriri dubium, quomodo videlicet in Caucaſo ſcrutentur ſydera Babylonij, cùm omnino diſſitus ab ijs mons ille in vltima Septentrionalis Aſiæ parte ſit. Quapropter non hic Caucaſus, vbi Prometheus fingitur, audiendus: ſed ille, quem adulatores Alexandri Magni prope Emodum montem in India collocarunt, eumque eſſe Caucaſum Promethei Alexandro fingebant, vt eruditè docet Euſtachius in Dionyſium Afrum. Sed vt ad rem reuertamur, numeris Cæli figura, ac poſitio colligitur. Nec libri illi Propertiani aliud quàm Ephemeridas ſignificare crediderim, vbi inducta perſona cuiuſdam Aſtrologi lib. 4. Eleg. Arriam iam dolore partus tentatam fore parituram, fauſtamque eius prolem prædicit.*

Iunoni votum facite impetrabile dixi,
Illa parit, libris eſt data palma meis.

Libris, hoc eſt, Aſtrologorum codicibus meis. Nam Libri quandoque abſolutè id ſonant. Iuuenal.

Vectari cùm placet, hora

Sumitur ex libro.

Repetit Propertius etiam:

Inque meis libris nil prius eſſe fide.

Præpoſito veritatis pudore, vt calculorum videlicet famam effugeret, qui eruſcandæ pecuniæ diffamati ad numerorum aucupium ſyderum obtentu aduolant, atque vt idem inferiùs teſtatur.

Nunc pretium fecere Deos, nunc fallitur auro
Iuppiter, obliquæ ſigna iterata rotæ.

Ephemerides igitur apud Aſtrologos libelli ſunt, non ab iis, qui de ſumptibus familiaribus inſcribuntur, diſsimiles. Nam veluti in illis damna ſua auarus, aut lucra computat, in iſtis etiam notantur, Iuuenale auctore, non ſine adluſione

Qui menſis damno, quæ dentur tempora lucro.

Atque hi libelli apud veteres frequentiùs imam artem fecerant, atque ita celebrem, vt non modò ſtudioſi, ac proni in paginas, ſed etiam fæmellæ flabellorum metrices illis ſtuderent. Quandoquidem ait Aquinas:

In cuius manibus ceù pinguia ſuccina tritas
Cernis Ephemeridas.

Ac ſi intelligas, non ſecus ac flabellum in manibus Ephemeridas Pſeudoſibyllas illas Romanas habuiſſe. Flabellorum enim manubria ex ſuccino fieri tunc olim compertum eſt, niſi dicas attritu Ephemeridas ita fuiſſe ob tractationem calefactas, vt ſuccino fieri ſolet, quod vt paleas, & arida folia attrahat, defricare antea oportet ut incaleſcat. Plin. attritu digitorum accepta caloris anima trahunt *Succina* in ſe paleas, & aridà folia. *Pinguia, quod ex ſudore manuum pingueſcant, dixit. Neque in iis tantùm dierum boni, aut mali, præſagiaque aeris, vt nunc in kalendariis, ſed etiam motus Planetarum continebantur, vt eaſdem cum eiſdem notis fuiſſe Ephemeridas, quibus nunc conſpiciuntur, certum ſit. Nam proſequitur idem auctor.*

Hæc

Hæc tamen ignorat, quod ſydus triſte minatur

Saturni; quo lęta Venus ſe proferat aſtro.

Deque his libris, hoc eſt, Ephemeridibus intellexit Propertius. Vranoſcopos ille ſequitur.

Aſpicienda via eſt Cæli, curſuque per aſtra

Trames, & ab Zonis quinque petenda fides.

Felicesque Iouis ſtellæ, Martiſque rapaces,

Et graue Saturni ſydus in omne caput.

Quid moneant Piſces, violentaque ſigna Leonis,

Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua.

Aſtrologus hic cùm Arriam ante iam partus dolore, vt diximus, tentatam, ſtet, atque hæc verba proferat, libroſque ſuos in teſtimonium veritatis ſiſtat, eos fuiſſe Ephemeridas declarat, cum ſine Ephemeridibus ſchema natalitium haud erigi poſſit. His itaque veteres, vt docuit Iuuenalis, de ſingulis diebus vaticinabantur. Dio. Lib. 57. Traſullo aſſiduè vtebatur Tiberius, & ſingulis diebus vaticinia accipiebāt. *Prænoſcebant temporum vices, ordineſque, & ex ijs vt nunc diaria, ſiue vt vocant kalendaria, conficiebant. Q. Curtius lib. 5.* Chaldęi ſyderum motus, & ſtatutas temporum vices oſtendere. *In tabulis videlicet, & libris. Nam proprię Mathematicorum ſunt demonſtrationes, quas in pergula, hoc eſt in ſede publica populo doctrina oſtendebant. De pergula Mathematicorum ita Suetonius:* In ſeceſſu Apolloniæ Theagenis Mathematici pergulam comite Agrippa aſcenderat. *Hinc il Pergolo defluxit ad Italos ſuggeſtus, videlicet, in quo ſacræ conciones enarrantur. Vocauit idē Propertius ergo viam Cæli Ephemeridas, atque à ſyderibus eſſe petendam fidem dixit, videlicet veritatem ipſam, & fiduciam, quæ non minime tunc temporis Mathematicis erat. Iuuenal.*

Chaldæis ſed maior erit fiducia, quicquid

Dixerit Aſtrologus; credet de fronte relatum

Ammonis.

&

Et meliùs quàm fonte *ſic legendum. Nam oracula Ammonis inquit Herodotus capi ſolita ex nutu capitis Arietis illius diuini. Quod & Euſtachius recenſet in Dionyſium. Cæterum via illa, & trames Propertij Gradus eleganter à Manilio appellantur Lib. 4.*

---------- Supereſt nunc ordine certo
Cæleſtes fabricare gradus, qui ducere flexo
Tramite pendentem valeant ad ſydera vatem.

& nihilominus gradus Cæleſtes intelligit, in quos totus ille Zodiaci circulus diſpeſcitur. Atque vt libros diximus abſolutè pro Ephemeridibus intelligi; ſic tabulæ idem ſunt. Nam in Tabulis propriæ collectiones Aſtrologorum, vt facilius proponerentur. Stobæus ἀςρολόγου τινὸς κατ' ἀγορὰν ἐπιδηκνῦντος ἐν πινακίῳ καταγράφους τοὺς ἀςέρας. Aſtrologo enim quopiam delineante in foro in tabella ſydera. *Sic etiam ſepiſſimè apud Geminum auctorem Græcum, cuius extat Sphæra, & alia opera Aſtronomica, Tabellas inuenies calculorum ſupputationem, ac numerationem Mathematicam dici. Vnde & pro themate natalitio ac genethliaco uſurpatur ab eodem Iuuenale.*

--------- Conducendaque tabella
Magnus cuius obit & formidatus Othoni.

Vbi vetus Scholiaſtes, Tabella, *inquit,* Aſtrologia, *quæ in* Tabella *notatur. De Geneſi Galbæ videlicet intelligit, quæ per Seleucũ Aſtrologum facta exitium Domino attulit. Nam captato tempore Otho tunc Galbam inuaſit, atque obtruncauit. Hæc de Ephemeridibus apud Antiquos inueni: quamuis non ignorem Hipparchum, Eudoxum, Aratum, Eratoſthenem, Callippum, alioſque ita annos explicuiſſe; quandoquidem inquit Plinius,* inter ducentos annos Hipparchi ſagacitate compertum eſt, & Lunæ defectum aliquando quinto menſe à priore fieri, Solis verò ſeptimo. *& Lucan. lib. vltimo annum Eudoxi nominat, quorum Ephemerides etiam adhuc citantur apud Auctores. Multorum præterea ea cura fuit, vt plu-*

rium

rium annorum dies numeris ſcrutarentur, ac conderent Ephemeridas. Quod innuit Poeta Manil. lib. 1.

Singula nam propria ſignarent tempora cauſa
Longa per aſſiduas complexi ſæcula curas.

Eſt locus itidem apud Apuleium Lib. 2. Metaph. qui Ephemeridas indicat, quibus videlicet ſingulis diebus aſtrorum momenta, atque inde prorumpentes cauſæ negotiorum ſcriberentur. qui dies copulam nuptialem adfirmet; qui fundamenta mœnium perpetuet, qui negotiatori commodus; qui viatori celebris, qui nauigijs oportunus.

Videtur eaſdem Ephemeridas deſignare D. Auguſtinus Diſſertatione in Epiſtolam ad Galatas; In exportandis, *inquit,* euentibus vitæ & negotiorum ſuorum ab Aſtrologis, & Chaldęis notatos dies, & menſes, & annos, & tempora obſeruant. *Sed apertiùs in Pſalm.* 40. Multi enim malè Chriſtiani inſpectores Ephemeridum, & inquiſitores, & obſeruatores temporum, & dierum, cùm cæperint ibi obiurgari à nobis, vel à quibuſdam bonis, melioribuſue Chriſtianis, quare iſta faciant, reſpondent, hęc propter tempus hoc neceſſaria ſunt. *At mali iſti quidem meritò ab Auguſtino improbantur, qui videlicet aut nulla reſeruata liberi arbitrij facultate, aut ſiderum potentia violenta conſtituta, in futura fatum omnino ſiderale pronunciant: cùm interim prudentia ſyderum effugiat minas, & ſagax animus Planetarum non capiatur erroribus: aliter quid niſi caligo animorum Cælum eſſet, & ſcientia captioſa facultas? Dij inquit Plato,* tantùm futura prænoſcunt; *nos autem vt teſtatur Theocritus.* θνατοὶ πελόμεσθα· τὸ δ᾽ αὔριον οὐκ ἐσορῶμες, *hoc eſt,* mortales ſumus, & nos craſtina noſſe nequimus. *Abſit enim vt fatum ex Aſtris pendeat, ſupra Iouem ſtellam eſt. Dicat ergò cum Homero, qui aliquid mali patitur,* ἄλλος δ᾽ οὔτις μοι τόσον αἴτιος Οὐρανιώνων. nemo equidem Diuum mi iſtorum eſt cauſa malorum. *Ephemerides verò, vt diximus, apud veteriores extiterunt, & quidem ex eo maximè patet, quod Ælianus in Acropide narrat.* Tabulam æneam, *inquit,* inſcripſit, in qua Aſtro-

Aſtrologiam quinquaginta annorum vocans ipſam annum magnum recenſuit. *Sic etiam Meton tabulam antea ſimilem propoſuerat. Idem Ælianus:* Meton Aſtronomicas inſtituit tabulas, quas in Solis meatibus compilauerat, & magnum annum, vt dicitur inuenit, & publicauit. *Quæ Tabulæ quoniam Vrbibus proponi ſolebant, ac figi, vt omnibus Cœli ratio noteſceret,* παραπήγματα *vocatæ ſunt, vt apud Geminum de Sphæra ſepè; & inquit Suidas* παράπηγμα κανὼν, ἢ ὄργανον ἀστρονομικόν. parapegma canon & ordinatio, ſeù potius inſtrumentum Aſtronomicum. *Vnde etiam Canones Aſtrologicæ, & Canones Aſtrologici dicti ſunt, ij videlicet, qui relictis Aſtrologiæ nugis per regularum certitudinem gradibus Cælorum benè inſiſtunt; vt Cleomedes etiam lib. 2. declarat:* & iam prædicuntur, *ait,* Eclipſes huius *Lunæ* à Canonicis *videlicet Aſtrologis regularibus. Sed de tabulis ſub nomine parapegmatum, quod videlicet effingantur, facit etiam illud Vitruuij lib. 9. cap. 7.* quorum inuenta ſicuti ſiderum ortus, & ocaſus, tempeſtatumque ſignificatus, Eudoxus, Euctemon, Callippus, Melon, Phainus, Hipparchus, Aratus, cæterique ex Aſtrologia peripegmatum diſciplinis inuenerint, eaſque poſteris reliquerint. *Poſt Metonem plurimi tales tabulas propoſuerunt vt ad Aratum Theon interpres ſic oſtendit:* Tabulas in Vrbibus proponebant, in quibus Enneadecateridas Solis reuolutiones adnotabant; quale futurum Ver eſſet, qualis æſtas, quales Venti, & ſimilia ad vſum humanum ſpectantia. *Tale opus tabularum fuit & Phorecydis illud, quod helitropium vocauit ex adnotatis ibi Solis conuerſionibus, ſolſtitijs videlicet, & æquinoctijs: tale itidem Archimedis quod Acrodinæ in Sicilia, teſte Athenæo, propoſuit ſuis.* Meton præterea, *inquit, vbi de ipſo facit Ælianus,* Aſtronomicas inſtituit columnas, & ipſas ex Solis conuerſionibus deſcripſit, magnum annum, vt dicitur inuenit, & vocauit decem, & nouem annorum. *Aſtrorum ſcientiam ſic in Columnis ſculpſiſſe quoque Abrahamum ex Ioſepho Antiquitatum Hebraicarum ſcriptore habe-*

be-

bemus. Atque de his tabulis, non de luſorijs, vt perperam interpretantur aliqui, intelligit Anthol. lib. 2. vbi Aſtrologus quidam.

> λαβὼν ψηφῖδας ὑπὲρ πίνακός τε συνάζων,
>
> δάκτυλά τε γνάμπτων.
>
> Accipiens calculos, & ſuper tabulam condenſans,
>
> ac flectens digitum

hoc eſt, computans; nam flexiones digitorum numeramus, iuxta illud: vtile quiſq; ſuis computat articulis: *cùm pretereà* condenſans *non niſi ad calculi Aſtrologici ſeriem aptè referatur; non enim calculi niſi numeri, vt diximus, apud Mathematicos, quorum in calculis, & in arena, videlicet in puluere illo erudito palæſtra eſt; Veteres enim antequam Arithmetica inueniretur, agreſtè, ac indoctè lapillis numerabant, mox inuenti numeri, & ratio etiam deſcribendi Aſtra per ſigna, vt cùm Saturnum ita ♄ deſcribimus ſenem in carruca ſedentem, quam angues trahant, deſignamus falce ſuperimpoſita; & ſic de alijs Planetis: inquit enim Tract. de Aſtrolog. Lucianus: Non ſolùm* ὀνόματα τοῖς τοῖν *ſideribus* ἀλλὰ σημεῖα *non ſolum* nomina *ſyderibus* impoſuerunt: ſed ſigna.

Cæterum Ephemeris nomen ſumptum credimus ab Ephemero animali, quod Naturales vnica tantum die viuere contendunt; ſic Ephemerides ſinguli diebus ſeparatim Planetarum, ac Aſtrorum motus patefaciant. Sed ne nimis vetuſtatem perquirendo exorbitem ab inſtituto calamum contraham vtilitatem tantumodo Ephemeridum recenſens; quarum tria ſunt ſumma capita: Tempus videlicet, Cæli poſitio, & effectus. Docet primum quomodo ex Chronologicis fundamentis propoſiti anni à ſuis Epochis notis vulgaribus diſcriminentur; menſibus, & diebus diſtinguantur; Calendaria aliarum vltra Romanum Imperium Nationum valeant intelligi, eaq; ad rationē æquationum noſtri temporis reducantur. Secundum de Poſitione Cæli eſt, qua ratione demonſtrans ad quodvis temporis momentum Cæli ſtellarum omnium conſtitutio ex Ephemeridibus ſit cognoſcenda, declinationes,

Cæli

Cęli mediationes; ortus, occaſus, amplitudines ortiuę, ſeu occiduæ; paſſioneſque aliæ, vt Eclipſes, & aſpectus, colligantur: Cęlique figura vna cum decurſibus ad prognoſticum inſtituenda, atque conformanda ſit. Tertium de effectibus deliberat, cùm de ijs iudicandi modum ſuppeditet, nec de tempeſtatibus tantùm, & quæ ad aeris, aut agriculturę, Medicæue notionem faciunt: ſed etiam ad Geniturarum. His itaque parum præmiſsis, atque pręludia ad artis tanquam mappa oſtenſa hucuſque reſeratis paulatim carceribus, ad doctrinę ſpatia procedamus.

AD LECTOREM.

HAS, quas Tibi obſerimus Ephemeridas noſtras, Lector beneuole, ad Tychonis hipotheſes, atque methodum efformauimus: verùm quia cœleſtium rerum obſeruatores Tichonicæ lunæ motum haud omnino probant, eum duplicem hìc poſuimus Tichonicum videlicet vnum, noſtrum alterum è noſtris ioc eſt tabulis ſecundorum Mobilium decerptum; qui quoniam iuxtà peritorum relata exactæ probationis perhibetur, oſſe eo quocumque vti quemlibet (pro libito iudicamus: Lunæ motus, ac locum qualibet die iterum ſupputaimus, cum non ſine errore fieri poſſit ſi cum collectione notuum diurnorum ſupputaretur. Illum Capitis Draconis regularem iuxta Antiquorum normam poſuimus: ſi erò aliquis eo vti velit, qui inregularis apud Tychonem ſt poterit per tabulam ad id diſpoſitam exigere: ea ipſa taula latitudinis tabulæ lunæ adheret. Ad Tichonis molum Ephemeridas ab anno 1600. ad 1680. ſcripſimus: ed tantùm ab anno 1600. ad 1610. typis non ſunt ediæ vt difflatæ videlicet, & quæ typographos ob lucri incer itudinem haud facile reperiant. Secundis verò curis illas b anno 1680. ad 1700. elucubro, quas Ioanni filio, ac ıæredum manibus commictam; calculandi certè facultas er compendia quædam artis tam facilis nobis eſt, ac famiiaris, vt breui labore annum vnum, aut alterum abſoluanus quam citò.

Sunt & Coperniceæ Ephemerides apud nos ab anno 600. ad 1660. decurrentes: ſed lucem expectant: tan-

tum

tum ab anno 1620. ad 1640. ſunt editæ, quia recentiorem Tichonis calculum nouitate ingenii allicere noueramus: etſi eſſe, pleroſque diſertiſſimos ſcimus etiam, à quibus Copernicei amor nondum receſſerit.

Quicunque hucuſque de Ephemeridibus ſcripſerunt Domorum tabulas non è gradu ad gradum erexerunt Polaris altitudinis: verùm ad tres ſingulos, quo fit vt qui tabulam hanc ſuo gradui aptam non habent cœleſtes poſitiones æquè conſtituere nequeant: Tabulas igitur harum domorum omnibus Polis Europæ idoneas conſultò ſupputauimus; vt figuras rationali modo quiſque probe poſſit erigere; neſcientes vbi peccent, qui ſine his tabulis aberrant. In Ephemeridibus noſtris Tichonicis Romæ impreſsis anno 1629, quæ extant ab anno 1620. ad 1640, inſeruimus Tabulas domorum etiam Ptolemaicas à nobis ſupputatas, quas imprimendas hic non curauimus, ne liber in infinitum excreſceret, præcipuè cum rationali via, & Ptolemaica cœleſtem figuram diſcamus erigere.

Annuus Apogei ſolis motus cum obſeruationibus congruit poſito 1'.1''.50'''.quo vtimur in noſtris tabulis ſecũdorũ mobilium; cumque ex diſtantia Apogei à loco medio ſolis conſurgat æquatio, ac verus motus: in Ephemeridibus autem Romæ impreſsis vſurpetur annuus Apogei motus 51''. Solis locus aliquot ſecundis diſcrepabit ab his Ephemeridibus, nec magnifaciendis.

Cæterum cum conſpiceremus plurimos, qui Ephemeridas manibus tractant, non ſolùm ſphæricæ, ac Theoricæ ſpeculationis ignaros; verùm etiam nominum, ac primorum elementorum; eapropter laxius calamo indulgentes plura in modum compendii inſeruimus, quæ Aſtronomi-

cæ

cæ ſcientiæ cognitionem aliquam, etſi non plenam tribuere poſſent ſperantes omnibus vtilitatem non exiguam allatura, quæ in tribus libris diſtribuimus. In primo Aſtronomicorum libro agitur de origine, pręſtantia, ac diuiſione Aſtronomiæ: de loco, & materia circa quam Aſtra mouentur; de terra, aere, & ethere; de Mundi ſiſtematibus, Ptolemaico, Coperniceo, & Tichonico; De conſiderandis in ſiſtemate, quæ ſunt ſtellæ, & Circuli. De luna, eius qualitatibus, phaſibus, figura, motibus, ac apparentiis. De Saturno ac duabus ſtellis comitibus; De Ioue, ac comitibus etiam Teleſcopio obſeruatis; De Marte: De Sole, atque in eo maſculis: de Venere, & eius illuminatione; De Mercurio; De nouis phænomenis; De Sphera, & in ea circulis: De Horizonte ortu, & occaſu multiplici ſyderum, ac partium Eclipticæ. De Aequinoctiali, aſcenſionibus tàm rectis, quàm obliquis, deſcenſionibus, differentia aſcenſionali, latitudine ortiua, atque occidua; De Zodiaco, Meridiano, Coluris, Tropicis, Polaribus, ac Zonis; De anno, eiuſque partibus; De Parallaxibus, & refractionibus.

In ſecundo libro extat tractatus abſolutiſſimus de aeris, ac temporum mutationibus, tractatuſque de obſeruandis in Medicina, Agricultura, & Nautica.

In Tertio ad ſunt Iſagogæ, ac Canones uberrimi pro vſu Ephemeridum; Tractatus lucupletiſſimus de directionibus tam ſecundum modum rationalem, quemadmodum in in noſtris tabulis Primi mobilis, compilandis; quàm Ptolemaicum cum tabulis ſingulis neceſſariis, videlicet declinationum, aſcenſionum rectarum, differentiarum aſcenſionalium, aſcenſionum obliquarum ad latitudinem Poli Romæ, ac Venetiarum cum latitudine 9. graduum tàm Bo-

 reali,

reali, quàm Auſtrali; tabulis circulorum poſitionis ad eaſdem Polorum eleuationes, nec non Horarium temporum. Inſuper de motu reali in directionibus, earum menſura, aliiſque ſcitu neceſſariis, ac hactenus non diſcuſſis; De reuolutionibus, & profectionibus cum tabulis neceſſariis: Adeſt Catalogus fixarum ſtellarum cum earum longitudine, latitudine, magnitudine, natura, declinatione, aſcenſione recta, Cęli mediatione, aſcenſione obliqua, & deſcenſione cum ortu, ac occaſu ſub Romæ Poli altitudine: Tabula ſexagenaria inſeruiens multiplicationi, diuiſioni, ac inuentioni partis proportionalis ampliata ad minuta 180; & alia plura tractantur, prout in indice continetur.

In ſecunda pagina ephemeridum aſpectus lunæ tantummodò cum ſole ſupputati reperientur ad horas, & minuta: reliquos verò Planetarum cum luna vt nullius prorſus vtilitatis: ſed potius errorum cauſas meritò omiſimus oſtendentes ſolùm qua diei quarta contingant ex puncto poſito in aſteriſmo aſpectus: vt apparet in ſequenti aſpectu quadrati,

Si aſpectus □· fuerit hoc modo ſignatus, continget in quarta à Meridie vſque ad occaſum Solis: □· inter occaſum, & mediam noctem □̣ inter mediam noctem, & ortum ſolis. ·□ inter ortum ſolis, & meridiem: ſemper autem intelligitur poſt meridiem illius diei in quo ſignatus eſt aſpectus, & quæ dicta ſunt de □ militant ſimiliter in aliis aſpectibus ✶ △ ☍ ☌.

Animaduertendum hunc ordinem temporis aſpectuum obſeruandum eſſe ab anno 1630. vſque ad menſem Iunii 1655: cum poſtmodum incuria ſit immutatus & à dicto menſe Iunii vſque ad finem 1680. ·□ demonſtrat tempus inter Meridiem, & occaſum, □̇ ab occaſu ad mediam noctem

ctem: □· à media nocte ad ortum ſolis, ♀ ab ortu ſolis ad Meridiem.

Si quid præterea erratum eſt in mendis, quæ in typographia, aut incuria colligentis litteras, aut emendantis incidunt, æquè velim amicè feras: nam in volumine ſatis grandi, vbi plerumque muneri ſunt, non verba, conniuet viſus, oculi decipiuntur: arrectis verò ſemper auribus ad minutiſſima quæque adſtare laboris eſt pænè improbi, ac tanquam elucubrare ipſa: ſcimus & præterea Telectorem prӕcaui, qui non rudis omnino teletarum ad mineruaIia hæc noſtra accedes. Vale.

En Tibi ſidereos prębet mea cura labores
Lector, & ingenio munera digna tuo.
Tu cape: ſed liuor ne tangat Sidera, poſſint
Hæ Tibi ſi fauſtę ſepè redires Dies.

INDEX RERVM NOTABILIVM,
quæ in toto Volumine continetur.

DE origine, & præſtantia Aſtronomiæ. pag. 1
De diuiſione multiplici Aſtronomiæ. 5.
De loco, & materia, circa quam Aſtra mouentur. 6.
De terra, aere, & æthere. 7.
De mundi Syſtematibus, & cælorum ordine. 11.
Syſtema mundi Ptolemaicum. ibid
Syſtema mundi Coperniceum. 12.
Syſtema mundi Tychonicum. 13.
De his, quæ conſiderantur in Syſtematibus. 14.
De Aſtris. 15.
Conſtellationes ſtellarum fixarum intra Zodiacum. 16.
Conſtellationes extrà Zodiacum in parte Boreali. ibid.
Conſtellationes propè Polum Antarcticum à nobis non viſæ. ibid.
De Sole, eius paſſionibus, & maculis. 17.
De Solis diſtantia à terra, de eius proportione ad Lunam, de figura, magnitudine, Diametro, & natur. 18.
De Luna, & eius motibus, natura, magnitudine, diſtantia à terra, ſemidiametro, & eius Regionis magnitudine. 19.20.
De Lunæ illuminatione, phaſibus, & maculis. 21.
Typus Phaſium Lunæ. 22.
Typus macularum Lunæ. 23.
De Saturno, eius illuminatione, natura, magnitudine, diſtantia à terra, diametro, & duobus comitibus Teleſcopio obſeruatis. ibid.
De Ioue, eius diſtantia à terra, diametro, magnitudine, & natura, & quatuor ſtellis Iouis comitibus, eorum motu, illuminatione, & occultatione cum ſchemate. 24.25.
De Marte, eius motu, natura, illuminatione, ſemidiametro, magnitudine, & diſtantia à terra 25.
De Venere, eius motu, diſtantia à terra, natura, magnitudine, diametro, & varia illuminatione cum ſchemate. 26.
De Mercurio, eius paſſionibus, diſtãtia à terrà, magnitudine, & ſemidiametro. 27.
De proportione, & diſtantia ſphęram inter ſe. ibid.
De diſtantia Planetarum inter ſe, & cum firmamento. ibid.
De firmamento, & in eo ſtellis fixis, earum magnitudine, motu, diſtinctione inter ſe, obſeruationibus Antiquorum, & quomodò conſtituendæ ſint in cæleſti figura. 28.29.
De nouis Phænomenis, ſtellis de nouo genitis, Cometis, earum materia, generatione, motibus, & alijs. pag. 30.31.32.
De Sphæra, & in ea circulis. 32.
De circulo Aequinoctiali, Declinatione, Aſcenſionibus, & alijs. ibid.
De Horizonte, ortu, & occaſu triplici ſtellarũ, vel partium Eclipt. 34.
De Zodiaco, eius latitudine, polis, & diuiſione. 35.

De

De coluris. 35.
De circulo Meridiano. 36.
De circulis minoribus, Tropicis, Polaribus, & Zonis, & habitantibus ſub ijs cum ſchemate. ibid.
De circulis verticalibus, Altitudinum Poſitionum, Domorum cæleſtium, Declinationum, & horarijs. 38.
De anno, & eius partibus. ibid.
De Parallaxibus. 39.
De Refractionibus. ibid.
De aeris, & temporum mutationibus Proemium. 41.
De ratione percipiendorum in mutationibus temporum. 42.
De ſignificatis Planetarum in aeris conſtitutione. 45.
De proprietatibus ſignorum Zodiaci circa aeris mutationes. 47.
De qualitatibus à congreſſibus, & aſpectibus Planetarum in aeris conſtitutione. 48.
De portarum aperitionibus. 51.
De Ventis, eorum qualitatibus, & ſignificationibus. 52.
De Ventis anniuerſarijs. 54.
Prognoſtica plura ex ventis. ibid
Schema ventorum. 56.
De Preceptis ad aeris mutationes eliciendas. 57.
De Manſionibus Lunæ. ibid.
De Prognoſticis ex ſtellis fixis congredientibus cum Sole, & aiijs Planetis. 61.
De Prognoſticis ex proprietatibus quatuor anni temporum. 63.
De numero qualitatum temporũ. 64.
De ſignificationibus mutationis aeris deſumptis ex pluribus animatis, & inanimatis, 64.
De Anni Domino eliciendo. 65.
De Pręceptis obſeruandis in Medicina. 67.
De obſeruationibus in Agricult. 72.
De obſeruandis in Nauigatoria. 73.
De duodecim Signorum Zodiaci natura, & multiplici diuiſione 76. ad 79.
De Signorum Zodiaci dominio ſuper Regiones, Ciuitates, ac loca Orbis 80 81.
De Paſſionibus Planetarum, & latitudine eorum. 82.
De Apogæis Planetarum. 84.
De dignitatibus Planetarum. 84. 85.
De Aſpectibus Planetarum. & illorũ diuiſione, & paſſionibus. 88.
Tabella quantitatis lucis Orbium. 88.
Schema Aſpectuum. 90.
De ſtatu Planetarum erga Solem, & inter ſe. 91.
De duodecim domicilijs cęleſtib. 92.
Delineatio eorumdem domiciliorum cum ſignificationibus ſuis. 93.
De quantitate diei, & noctis, & inuẽtione horæ ortus Solis, meridiei, & mediæ noctis. 94. 95.
Quomodo horæ Horologij conuertãtur in Aſtronomicas. 95. 96.
De Aequatione temporis ob inæqualitatem dierum. 105.
De Aequatione temporis ob differentiam Meridianorum. 107
Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridianorum. 108. ad 117.
Planetarum loca ad quodlibet horæ momentum inueſtigare cum exemplis. 118. 119. 120.
De Supputatione latitudinis Planetarum. 120.

De

De Conſtructione figuræ cæleſtis cum exemplis 121.ad 125.
De ſupputatione Nodi ſeu ☊ ☽ iuxta Tychonis Hipoteſes. 195.
De latitudine Luna elicienda. ibid.
De directionibus Tractatus. Quid directio, quotuplex ; Qui ſignificatores; qui promiſſores. 200.
De Motu reali in directionibus,& duplici vias eas componendi. 201.
De latitudine ſeruanda in directionibus,cum ſchemate Blanchini. 203. ad 206.
De Indaganda declinatione cuiſlibet puncti Eclipticæ tam cum latitudine,quàm ſine latitudine. 206.
De elicienda Aſcenſione recta tàm cũ latitudine, quàm ſine, ſicut etiam Aſcenſione, & Deſcenſione obliqua ad omnes Poli Borealis eleuationes. 209.
Data Aſcenſione recta,& obliqua ſub quacnmque Poli altitudinem,indagare quis gradus eclipticæ ei debeatur. 213
De diuiſione Cæli in cæleſtis figura & de ſumenda diſtantia à medi Cæli. 214
De directione medij Cæij, & Aſcendentis, ſeù Horoſcopi. ibid
De directione ſignificatorum extr angulos per viam rationalem i parte Cæli aſcēdente,& de circul Poſitionum eruendis cum exempl pag. 215
De Menſura Directionum. 22
De dirigendi forma Ptolemaica cu exemplis 23
De annuis Reuolutionibus cum exe plo. 35
De profectionibus earumque tripli diuiſione. 354
De Tabula Sexagenaria, & eius vſ cum exemplis. 35
De figura rationali Cæleſti conſtru da 36
De Stellis Fixis. 40
Catalogus ſtellarum fixarum. 41

INDEX TABVLARVM OMNIVM.

Tabula Arcuum ſemidiurnorum, & ſeminocturnorum ad omnes Poli eleuationes Europæ. pag. 97.
Tabula æquationis dierum naturaliũ pag 106
Tabula proportionalis pro æquandis domibus. 126
Tabulæ Domorum ſecundum viam rationalem ad omnes Poli eleuationes Europæ. 1.12
Tabulę proportionales motus horar Solis, & Planetarum. 127
Tabula æquationis Nodorum Luna 196
Dabula latitudinis Lunæ. 197
Tabula Differentiarum Aſcenſionalium. 223
Tabula domorum rationalis, & Ptolemaica pro conſtruenda figura cœleſti vtroque modo. 238

Ta-

Tabula horarium temporum ad omnos Poli eleuationes Europæ. 242.
Tabula Declinationum cum latitudine Boreali,& Auſtrali, vſque ad 9. gradus 246
Tabula Aſcenſionum rectarum cum latitudine Boreali,& Auſtrali, vſq; ad 9 gradus 259.
Tabula Aſcenſionum obliquarum ad eleuationem Poli Romæ cum latitudine Boreali,& Auſtrali vſque ad 9. gradus. 281.
Tabula Aſcenſionum obliquarum ad eleuationem Pol 45.cū latitudine Boreali, & Auſtrali 8.gradū.306.
Tabula poſitionum ad eleuationem Poli 42. 330.
Tabula poſitionum ad eleuationem Pol.45. 338.
Tabula Reuolutionum. 352.
Tabula,& exemplum annuarum profectionum. 355.
Tabula motus diurni annuarum profectionum expanſa ad ſingulos dies anni. 356 ad 358.
Tabula motus profectionum annuarū in horis, & minutis 359.
Tabula profectionum menſurnarum. ibid.
Tabula motus diurni profectionum menſurarum expanſa ad ſingulos dies, anni cum exemplo. 360.
Tabula motus profectionum menſurnarum in horis,& minutis. 363.
Tabula profectionum diurnarū. 363.
Tabula diurni motus profectionum diurnarum. 364.
Tabula diurni motus profectionum diurnarum in horis,& minutis 438 &exempla. 364.
Tabula dierum totius anni tam communis, quàm Biſſextilis. 366.
Tabula Sexagenaria deſeruiens diuiſioni, multiplicationi, & inuentioni partis proportionalis. 372.

ASTRO-



ASTRONOMICORVM LIBER PRIMVS.

DE ORIGINE, ET PRÆSTANTIA Aſtronomiæ. Cap. I.

INTER ſcientias omnes humanas, quibus intellectus noſter (qui ex Platone alicuius diuinitatis eſt particeps) in hoc Mundi cęco carcere incluſus perficitur, ac illuſtratur, principem locum obtinere Mathematicas diſciplinas cum ex Ariſtotele à certitudiue ſplendorem ſcientię, præſtantiamq: recipiant, vniuerſa Antiquitas conſenſu vnanimi adſtipulata eſt; procedentes enim à notioribus nobis ad notiora naturæ ſunt in primo gradu certitudinis: quæ verſantes circà quantum eò diſtinguuntur, quatenùs ipſa quantitas diſpeſcitur in continuam, & diſcretam; contemplantur Aritmethica, & Muſica diſcretam, Geometria, ac Aſtronomia continuam; Aritmethica numerum abſolutè, Muſica verò eundem, prout tamen ſonorum concentibus iungitur, & armonię; ſic Geometria lineas abſolutè, & magnitudines; Aſtronomia magnitudines, ac commenſurationes Stellarum, cęleſtiumq; lationum contemplatur. Inter has quatuor Mathematicarum ſcientiarum ſpecies (quę vt aliæ diſciplinæ practicæ, & ſpeculatiuæ exiſtunt) præſtantiſſimam eſſe Aſtronomiam nulli dubium eſt cum antiquitate, nobilitate, vtilitate, alijſq; prærogatiuis longè cæteras antecellat; ſi namq; antiquitatem ſcrutemur monumentis proditum eſt primum parentem Adamum eam apprimè calluiſſe, nec aliter credimus, quam à Deo infuſam cælitùs; nullo enim pacto potuiſſet Adam ex ſe Stellarum, cæleſtiumq; lationum motus, qualitates, vires, paſſiones, aliaq; cognoſcere, quæ non niſi longo tempore, vigilijs magnis, aſſiduis obſeruationibus, ac indefeſſis laboribus conſequi poſſunt, niſi hęc fuiſſent diuinitus reuelata; hanc filijs, & nepotibus ſenex communicauit; cumq;

Adamo mortuo recordarentur hæredes pluries ab ipſo accepiſſe duplicem futuram humani generis exterminationem, per ignem vnam, alteram per aquam; ſummo conſilio perpendentes, ſcientias omnes, arteſq; (ſi tandem deperderentur) poſſe iterùm intellectum humanum eas priſtinæ integritati reſtituere præter Aſtronomiam, quæ obſeruationibus innoteſcit; ne mortales tanta ſcientia, adueniente diluuio orbati remanerent, duas referunt conſtruxiſſe Columnas, in quibus characteribus, notis, & figuris mirificè Aſtronomicam ſcientiam totam delinearunt; alteram ex lateribus, vt ſi incendium prius contigiſſet, durata reſiſteret igni, nec cremaretur; ex lapidibus alterā, quæ ſi diluuium aquæ præueniſſet indeleta remaneret ex aquis; quam poſtremam tranſacto diluuio à Noa repertam in Scithia ex Biroſo, ſuo Cæſarum integram permanſiſſe refert Ioſephus in Iudaicis Antiquitatibus. Noam idem huius ſcientiæ peritiſſimus eam Armenos docuit, & Scithas, quam retinuerunt poſteri deinde Patres ad Abraham vſque, qui Aegyptios in hac inſtruxit, ex quibus in Græcos, & Latinos poſt modum propagata cenſetur. Aegyptius Atlas Mauritaniæ Rex germanus Promethei (referentibus D. Auguſtino, & Diodoro Siculo) Aſtronomia inſtructus Solis, Lunæ, reliquorumq; Planetarum motus explicauit primus, quam Herculi diſcipulo tradidit, qui Spheram tranſtulit in Græciam multorum authoritate; hinc fabulati Antiqui Atlantē Herculis auxilio Cælum humeris ſuſtinentem. Temporum deindè decurſu cum ſcientia ob Artificium incuriam à veris principijs deuiata variò fluctuā ambigua, conſpicientes Philoſophi cæleſtes motus non congruentes cum obſeruationibus, nec ſaluari apparentias omnes, & Phænomena, in varias ſententias diſtracti ſunt: diuerſa Cæli Syſtemata, diuerſas Hypoteſes, diuerſas orbium commenſurationes excogitantes, inter quos Ariſtarcus Samius, Nicetus Syracuſanus, Eraclides Ponticus, Ecpantuſq; Pytagoricus à communi Scola deuiantes primi ſententiam de Motu Telluris tradiderunt, & poſito Sole in centro Vniuerſi Terram cum Luna ſupra Venerem, & Mercurium circū Solem rotantes conſtituerunt; quam opinionem iacentem à mortuis reuocauit Nicolaus Copernicus Aſtronomus alioqui conſumatiſſimus, ſectatiq; ſunt aliqui noſtri temporis Mathematici adeò pertinacitèr, quod coacta eſt S. R. E. decreto ſtabilire diſputari non poſſe Terram mobilem, verùm in Centro Vniuerſi immobiliter conſtitutam; Inter Philoſophos reliquos alij alia obſeruarunt pro nobiliſſimæ ſcientiæ reſtauratione priſtina, & obſeruationes poſteris dereliquere; Cleoſtratus Zodiacum circulum, ſeu ſigniferum excogitauit, Endimion Lunæ motum inuenit; hinc fabula emerſit de amore Lunæ, & Endimionis; ſic Veneris, ac Mercurij curſus Pythagoras; Tales Mileſius primus futuram Eclipſim prædixit, quam viſam poſteà multorum metu in caſtris & terrore edocuit Palamedes portentum non eſſe, vt milites arbitrabantur: ſed naturali lege prodeuntem; Anaximandrum Taletis diſcipulum referunt primum ex ligno Spheram cum Circulis conſtruxiſſe; hic Horologium, atq; Gnomonem inuenit, Soliſq; Solſtitia, Aequinoctia, & conuerſiones obſeruauit; ampliauit mirum in modum Aſtronomiam Hipparcus, Mathematicis in-

inſtrumentis Stellas ſciſcitatus eſt, de quibus ſcripſit plura, ſicut de motu Lunæ contra Platonem; plurimi poſtmodùm plurima edocuerunt vſque ad Ptolemeũ Alexandrinum, qui Aſtronomorum facilè Princeps Aſtronomiam funditus reſtaurauit. Si ſcrutemur nobilitatem, cum ſcientiæ nobilitas ex ſubiecti nobilitate dependeat, omnium meritò præter Theologiam nobiliſſima habenda eſt: ſunt enim Aſtronomiæ ſubiectum præſtantiſſima corpora cęleſtia, ſpeculaturq; ea, quæ infallibilem ſortiuntur cauſam, ac determinatam, Cæli nempè, Aſtrorumq; motus, magnitudines, diſtantias, ortus, occaſus, qualitates, aſpectus, aliaq; permulta, ex quibus accidentia innumera in his inferioribus proficiſcuntur, pæſtilentiæ, fames, bella, inundationes, terremotus, aeris commotiones, atq; Elementorum, Regnorum mutationes, & tandèm ſublunarium omnium generationes, ac interitus; iure igitur optimo ab omnibus præſtantiſſima exiſtimata eſt, eoq; potiſſimùm, quod cum perpetuas illas leges motuum, ſcientiam eorum, quæ natura inter arcana ſua condidit, diuinumq; opus maximum contemplamur; illicò in ſummi Opificis præpotentis cognitionem rapimur, & humanus intellectus tanta cognitione mirificè delectatur. Quam vtilitatem afferat Aſtronomia Medicis patet experentia, ex cuius fundamentis ſecuriora fiunt prognoſtica de egrorum ſalute, vel morte, quã ex Medicinæ principijs vt libro diebus criticis, & decubitu ægrorum differimus qui mox imprimetur. Sic Agricolis, & Nautis: nemo enim terram coluiſſet, nec ſulcaſſet Maria, niſi huius ſcientiæ adminuculo; ſine hac corrueret Geographia; quomodò enim Terrenus orbis deſcribi poterit, ac diſtantia locorum? cum cognitio horum ex Aequinoctialis circuli intercapedine deſumatur? & diuerſitates accidentium, quæ à corporibus cęleſtibus in diuerſis regionibus producuntur ſolùm iudicet Aſtronomia, & exquirat? Euaneſceret Chronologia; quis enim ſine Aſtronomia tempora numeraſſet, vel compilaſſet Hiſtorias? cum ex motibus, & reuolutionibus Planetarum ſuper Zodiacalem Circulum tempora diſtinguantur? Nec Metheorologiæ cognitio vlla haberetur; generantur quippè metheora ſingula ex cõmotione, alteratione q; producta ab Aſtris in ſubiecta elementaria; ſic omnes ſcientiæ, vel Aſtronomiæ famulantur, vel ſumunt ab ipſa originem, atq; vtilitatem, cuius ope tot mirabilia inuenta ſunt, vt vix capiat intellectus, Horologia, Specula, inſtrumenta bellica, ordines ædificiorum, in aquis plurima, aliaq; propemodùm infinita. Lubeat pronunc meminiſſe Archimedis Syracuſani Aſtronomi ingenium; cum Marcellus Syracuſam obſidione teneret, Archimedès in extremo Vrbis per culo ex Turri quadam diſtanti admodùm à portu Romanas claſſes alias ope Speculi incendio conflagrabat, alias ferreis inſtrumentis adũcis iactis vi rotarum impetu maximo ex Turri eadem ſubleuatas ſubmergebat; quod adeò exterruit Mercellum, quod ſpe fruſtratus captandæ Ciuitatis portũ pluries dereliquit: reſiſtebat Romano Imperio homuncio ſolus, cui terrarum orbis totus viribus magnis reſiſtere non poterat; ſed maximum, quod omnes debet trahere in admirationem eſt, intellectum noſtrum Aſtronomiæ auxilio auſum eſſe legere in libris Dei Optimi Maximi, ac futura prædicere, quæ &

ſi contingentia, ſtudio tandem aſſequitur dummodò à voluntate non dependeant; Tales Mileſius, qui ſuprà (referente Ariſtotele in politicis) cum à conciuibus irrideretur, quod cum hac ſcientia viueret in ægeſtate, vt oſtenderet poſſe ditari quandocumque voluiſſet, præuiſa ex Aſtris olei penuria, ſumptis in fænore nummis, & vendito patrimonio copiam olei emit maximam, nec irrito prognoſtico diues factus eſt. Vulgata ſunt, quæ contigerunt Aeſchilo, qui cum ex Aſtris ſe ictu periturum cognoſceret, tempore appropinquante, vt periculum effugeret ſub dio extrà Ciuitatem degebat; die nihilominùs metus (quam prædixerat) capiti nudato dealbicanti ob caluitium Aquila iniecit Teſtudinem vt rumperet, & miserè extinctus eſt. Produntur monumentis prædictiones Spurinæ de Iulio Cæſare, Theogenis de Auguſto, Traſibuli de Tiberio, Caldei de Nerone, & Agrippina, Aſcletarionis de Domitiano, Sullæ de Caligula, Aelij de Adriano, & innumeræ aliæ etiam noſtri temporis, quæ poſſe probabili coniectura aſſequi fatentur omnes Theologi: dicebat enim D. Auguſtinus, videmus anni tempora variari, & rerum genera quędã decrementis, ac augmentis Lunæ augeri, & minui vt mirabilis Oceani æſtus; ſic reliqua generata ex Stellis alterantur; quibus tamen animi voluntates non ſubduntur; & D. Thom. 2 de generat. qui ſciret virtutes Cælorum, Stellarumq; in eis poſitarum dùm res aliqua naſcitur, poſſet iudicare de tota vita rei generatæ, licèt hoc neceſſitatem non ponat, & poſſit impediri per accidens; vndè Origines, quemadmodùm humana libertas minimè tollitur, quamuis Deus quęcumque facturi ſumus præuideat; ſic etiam ſigna ex Stellis, quæ diuinitùs ad ſignificandum ordinata ſunt libertati noſtræ nequaquàm officiunt: ſed vniuerſum Cælum eſt ſicut liber omnia futura in ſe ſcripta continens, quæ tamen Deus omnipotens poteſt delere, augere, & minuere prout libuerit ſuæ omnipotentiæ; hinc dicebat S. Ambroſ. 4. examerom Redempti ſunt Apoſtoli, & congregati ex peccatoribus non vtique Natiuitatis ſuæ hora. ſed Chriſti eos ſanctificauit aduentus; Latro in Cruce non beneficio Natiuitatis; ſed confeſſione fidei, & libero arbitrio ad Paradiſi tranſiuit gaudia; Ionam non vis Natiuitatis: ſed diuinæ præceptionis offenſa præcipitauit in Mare; ſic Petrum, imminente iam morte Angelus Domini, non ſtellarum ſeries, liberauit; Aſtronomia ergò pars Mathematicæ reliquarum præſtantiſſima habenda eſt, quæ & ſyderalis ſcientia dicitur, & Aſtrorum, ſeu de rebus cæleſtibus, cum Aſtrorum motus, loca, diſtantias, magnitudines, qualitates paſſiones, aliaq; contempletur, cuius origo (reuelatione relata ſecluſa) ex obſeruationibus dependet, & phænomenis, ſeù apparentijs contingentibus.

DE

DE DIVISIONE ASTRONOMIÆ.
Cap. II.

ASTRONOMIAE ſcientiæ artifices, qui cæleſtium corporum motus, paſſioneſq; ſcrutantur colligunt omnia ex obſeruationibus: obſeruatis enim apparentijs motus, vel alterius, diligenter mente excogitant, & phyſicè Hypotheſes fingunt, quibus tales apparentiæ rationi congruant, & ad tempus quodcumq; cum dictis obſeruationibus correſpondeant; hinc Aſtronomia bipartitur prima diuiſione in Methodicam & Hiſtoricam; Methodica dicitur, quæ tractat methodum obſeruandi, ac calculandi; hiſtorica, quæ hiſtoriam conſcribit de Aſtris, & corporibus cæleſtibus ex artificum obſeruationibus prodeuntem, relictiſq; veterum monumentis. Obſeruamus ex hac ſuperficie Telluris corpora Solis, Lunæ, reliquorumq; Planetarum, necnon Stellarum fixarum motus, ſitus, magnitudines, diſtantias, altitudines, azimutha, ſpherarum cæleſtium ordinem, eorum diſtantias, lineam Meridianam, eleuationes Poli, Parallaxes, refractiones, aliaq; permulta, quæ Aſtrorum, & Spherarum exactam nobis opticè exhibet cognitionem; idq; per Geometrica inſtrumenta, vt Aſtrolabio, ſeu Planiſphe- io, regula Parallatica, Armilla, Torqueto. Quadrante, Anulo Aſtronomico, Radio tam veteri, quàm latino inuentione Excellentiſſimi Principis de Vrſinis Romani; ſic noſtro tempore inſtrumentis repertis à Tychone Brahæ Quadrante Azimuthali, quo miro ordine, ac celeritate ſyderum Azimutha, & Almucantarath, ſeù altitudines colliguntur; Armilla æquatoria pro rimãis ſyderum Declinationibus à circulo Aequinoctiali, earum Aſcenſionibus, & Deſcenſionibus in quolibet Spheræ ſitu tam recto, quàm obliquo, alijsq; permultis operationibus Mathematicis peragendis; & Sextante Aſtronomico pro ſyderum altitudinibus obſeruandis, atq; diſtantijs quibuſcunque capiendis. Calculus Aſtronomicus perficitur vel per numeros, vel per res methricas; per numeros aſſequemur per tabulas Primi, ac Secundorum Mobilium, vt Ptolemei, Alphonſi Regis Hiſpaniarum dictas Alphonſinas, Prutenicas Eraſmi Reinholdi, reſolutas Magini, Regiomontani, Noſtras Primi Mobilis, ac Secundorum mobilium, aliaſq; permultas. Per res methricas verò, vt conſtructionem Canonis Sinuum, Tangentium, & Secantium; per Trigonometricam, ſeù Triangulorum doctrinam admirabilem, ſine qua nec Aſtronomia luculenter tractatur, nec Cæli, Maria, Terraq; menſurantur exactè. Hinc manifeſtum Aſtronomicæ ſcientiæ, quæ etiam pars Phyſicæ exiſtit cum motus cæleſtium corporum, cauſaſq; naturalium euentuum diſquirat, Mundi formam, aliaq; quæ Phyſicus contemplatur, fidiſſimas famulas eſſe Geometriã, & Aritmethicam, cum Geometricis demonſtrationibus per lineas Theoricas ſcrutemur, ſicut Aritmethicis, & per numeros praxim exerceamus, ac calculum. Diuiditur alia diuiſione Aſtronomia in Theoricam, & Sphericam;

Sphe-

Spherica in qua ſicut in imagine Primi Mobilis diuiſiones circulorum, appa rentiæ, paſſioneſq; primi motus explicantur. Theorica ſpectans ad Planetas & Stellas etiam fixas, in qua velut in imaginibus Secundorũ Mobilium, appa rentiæ motus, & paſſiones ſeptem Planetarum, ac firmamenti exantlantur de quibus alibi diſſeremus. Diſpeſcitur etiam Aſtronomia iterùm in Theori cam idest contemplatricem, & practicam idest operantem ſicut aliæ ſcien tiæ; Theorica contemplatur æthereas, elementareſq; regiones, corporum cæleſtium numerum, magnitudines, motus, paſſioneſq; ſingulas tam Primi quàm Secundorum Mobilium; Practica, quæ Prognoſtica dicitur, & potiùs Aſtrologia, quàm Aſtronomia, quæ ad vitæ humanæ vſum accomodatur diſquirit enim Planetarum, & ſignorum qualitates, ac paſſiones, quoſq; euen tus decernant in his inferioribus, de qua Claudius Ptolemeus in ſuo Quadri partito diſſerit copioſiſſimè.

DE LOCO, ET MATERIA CIRCA QVAM Aſtra mouentur. Cap. III.

PHILOSOPHANTIVM turba omni ſæculo verſata eſt in ambiguo regiones ſuperæ per quas diſſeminata Aſtra mouentur, circumuolu tantur, & varios curſus dirigunt cuius materiæ exiſterent à primor dio rerum productæ; totaque in tenebris inuoluta poſteris vana ſom nia reliquit, & difficultates: nec enim Ariſtotelici, nec Stoici, nec aliarum ſectarum Philoſophi ſcopum vnquàm tetigere, cum eorum ſcripta manifeſtè experentia latè conuincat: nam regiones illas non eſſe ſolidas, imperuias, di ſtinctas orbibus ſolidis, non aqueas, non igneas, non ex craſſo aere compa ctas obſeruationes nouæ ſtellarum de nouo genitarum noſtro tempore de moſtrant, & refractionum doctrina, alijſq; excluditur. Remanſit indi ſcuſ ſum, quod à pluribus Neotericis exiſtimatur, eſſe videlicet loca circà quę Aſtra circumuoluuntur verè aerem, ſed leuiorem, nec tanta craſſitie pręditũ ac noſtrũ propè terram exiſtentem; quæ ſententia vt falſa pluribus conuin citur, & luculentiùs in noſtris Aſtronomiæ Epitomis pertractatur, nunc ali qua breuiter indè ſummemus. Certùm eſt, nec verborum indiget apparatu ætheris materiam, & ſuperiorum lationum debere eſſe ſubiectum, fereq; (vt ita dicam) vehiculum luminis Planetarum, ac Aſtrorum, per quod hæc infe riora colluſtrantur, & nos lumina conſpicimus; cumq; hac prærogatiua de ſtituatur aer ob rationes innumeras ad aliud confugiendum eſt, quod vehi culi rationem ſubeat lucis corporum ſuperiorum: aer enim (qualiſcumque ſit ex ſe eſt admodum mobilis, fluidus, aptuſq; vbiq; poſſe pelli, & agitari; at in loco commoto, & concuſſo firmè adhærere poſſe lucida, & conſpicua repu gnat rationi, atq; experientiæ: nam neceſſariò ob tantam concuſſionem, & motum, aliqua cerneretur vibratio luminis; at quomodumcumque aere con cuſſo, & à loco reuulſo nec minima vibratio talis luminis ſentitur, nec aliud

ac-

ccidens; nullo ergò pacto aer poterit eſſe luminis ſubiectum, ſeu vehiculum, & per conſequens materia circà quam Aſtra circumuoluuntur, immo aer potius erit in lumine (quod Philoſophi noſtri temporis probant ratione ſumma) quam lumen in aere; quod etiam ex eo patet lucidius, quod refractiones obſeruarentur etiam collocato Aſtro in Vertice ſi ex aere regio illa eſſet compacta, quod repugnat rationi opticæ cum refractiones non contingant in proximiori loco à vertice, & Zenith gradibus 45. circiter, & medietate quadrantis. Cæterùm cum cæleſtia corpora, & alia phænomena de nouo genita peculiari motu cieantur, motuſq; Philoſophorum placitis ſpatium, ac locū præſupponit circà quem mobile moueatur, conſequens eſt hæc fieri per ętheram regionem diuerſam admodùm ab his inferioribus, cuius ætheris materia adæquata, compactaq; ſubtiliſſima eſt, & leuior infinities aere ſublunari tenuitate ferè inſenſibili, quæ materia poterit vocari expanſum ſtabile quidem, permeabile, vehiculum, & ſubiectum luminis omnium Aſtrorum: nàm cum lumen emanans à corpore lucido, vt accidens requirat ſubiectum, nec feratur per inane, & corpora cæleſtia ex ſe lumen alibi tranſmittant, neceſſariò requirunt vehiculum per quod iſtud lumen emittatur, & eiaculetur, quod erit illud expanſum, cuius natura ſimilaris, & homogenea frigidiſſima qualitate prædita eſt ob longiſſimam radiorum ſolarium à Telluris ſuperficie reflexionem, redacta tamen ad temperiem maximam à calore, & lumine Aſtrorum. Circà hoc expanſum abſq; alijs ſolidis orbibus ſuis diſtincta locis ſuſpenſa Aſtra mouentur, & circumaguntur, quæ nec eiuſdem omnia ſunt materiæ, nec pari dotata lumine; quod ſi à ſole omnimodum recipiant, an illæ ſint præditæ luce propria, luceantq; primogenia dubitationibus inuolutum alibi diſputabimus.

DE TERRA, AERE, ET ÆTHERE.
Cap. IV.

CVM ſydera errantia, Planetęq; modò maiores obſeruationibus, minores modò apparerent, eorumq; diameter varia quotidiè cerneretur, vt has apparentias ſaluarent, & defenderent Aſtronomi excogitarunt in eorum lationibus orbes eccentricos, quorum Centrum non eſſet idem, quod Centrum terræ, atq; epicyclos, ſeù paruos orbes immerſos in craſſitiem Eccentricorum, horumq; circulorum partes diſtantiſſimas à Centro Telluris Apogea, ſeù ſupremas Abſides: propinquores verò Perigea, & infimas Abſides appellarunt; hinc quandò Planeta maior conſpiciebatur conſtitutus in Perigeo, quandò minor in Apogeo ſtatuebatur, & proſpectiua ratione; quæ enim longiora ſunt minora, quæ viciniora maiora apparent; cum ergò Stellarum fixarum obſeruata magnitudo ſub quocumque Meridiano, ac parte telluris Aſtronomicis inſtrumentis ſemper eadem reperta ſit, quod habetur ab omnibus pro confeſſo; neceſſariò fatendum erit terram ęqualiter diſta-

ſtare à qualibet parte firmamenti, ac proindè eſſe in vniuerſi centro conſtitutam: præterea ſi telluris corpus non eſſet poſitum in Centro dicto, oculus exiſtens in eius ſuperficie vicinior Firmamento, quomodò Cæli medietatem conſpiceret? cum me dietas cæli ſemper conſpiciatur, occulteturque reliqua experientia? ridiculum eſt Recentiorum ſubterfugium certum omninò non eſſe conſpici cæli medietatem: nàm ſi Lunæ eclipſis in Oriente, vel Occidente cõtingat, cernetur tunc Sol in loco Lunæ diametraliter oppoſito, & ambo lumina quæ cælum totum in binas partes diſpeſcunt; & quod eſt frequentiùs demonſtratiuum oriente Pallilitio, ſeù Oculo Tauri conſpicimus in Occidente Antares, ſeù Cor Scorpij, quæ Stellæ inuicem oppununtur, & in figura æquicruria; & quamuis Geometricè cæli medietas correſpondeat Centro, non ſuperficiei Telluris, quæ diſtat à centro milliarijs Italicis 3440. hoc ſpatium eſt ferè inſenſibile, cum ſit pars 400. vnius gradus Firmamenti ex 360. Tellus ergò corpus ignobilius, & moles rudis diſtantiſſima à cæli partibus collocata in Vniuerſi Centro, ſub Axe Mundi, & plano Aequatoris ſita eſt, quæ Oceani aquis circumſepta vndique (cum quibus corpus vnum conſtituit) binis diuiſa ſectionibus, & longitudinis, & latitudinis ex Oriente nimirùm in Occaſũ ac ex Septemtrione in Auſtrum ſuo librata pondere circà ambientem aeri ſphericam, & rotundam figuram retinet: Sol namque, Aſtraq: cætera ex orientali finitore, & Horizonte citiùs Orientalibus regionibus, ociùs Occidẽtalioribus orientia & in Emiſpherium ſuperum emergentia, vt Romæ citiùs Hiſpanis ociùs, telluris gibboſitatem demonſtrant ex Ortu in Occaſum, quemadmodùm etiam Eclipſes, quæ in diuerſis regionibus diuerſo temporis interſtitio contingunt; ſic præter diuerſam Poli altitudinem, quam diuerſi locorum ſitus ſortiuntur ſimilem, eademque eſſe ex Borea in Auſtrum confirmã interagentes ex harum vna in alteram plagam: pergentibus enim ex Septẽtrionalibus regionibus in Auſtrales, Stellæ, quæ in Septemtrione elucеſcun[t] tenſim occultantur pro ratione maioris, vel minoris propinquitatis ad Auſtri Stellis Auſtralibus priùs occultis mox apparentibus; & è contra ſi itinera ineãtur ex locis Auſtralibus verſus Boream, Auſtrales Stellę deliteſcent paulatim alijs in Boreali Cælo emergentibus. Experiuntur hanc telluris rotunditatem Nautæ ſiuè in longum, ſiuè in latum nauigantes: nam cum priùs in Maris intimo nequidquam conſpicerent, ad littora propriùs accedentes Montium primò, ſeù aliarum continentis partium cacumina intuentur, medias deindè ſucceſſiueque extremas radices, cuius cauſam ſolùm telluris, & aquæ tumor recognoſcunt; & quamuis hæc telluris ſuperficies nobis incolis non appareat perfectè rotunda ob montium, & collium extuberantias, eleuationeſque, ſicut vallium concauitates, quas ſummus rerum Opifex in animantium vitam pro diffundendis, ac recipiendis aquis maximà prouidentia condidit, depreſſiones, & eminentiæ iſtæ, ſi ad totam telluris machinam comparentur inſenſibiles ſunt, nec eius rotunditati aliquid detrahent, ſeu tumori: menſurata quippè terra tam in planitie, quam in concauitatibus, & montibus eaſdem vbique retinebit ſemidiametros, vt docet experientia; patet inſuper eius rotun-

tunditas ex Lunæ partibus non eclipſatis, nàm Vmbra ex Proſpectiuis ſequitur naturam, figuramque corporis opaci, cum ergò vmbra in Eclipſi Lunæ appareat perfectè rotunda, eiuſdem erit figuræ aggregatum ex terra, & aqua, quod vmbram proijcit in aduerſam Solis partem: Telluris ergò forma non lenticularis, Elliptica, Cylindrica, nec Conica eſt, ſed perfectè Sphærica. Quod autem reſpectu Firmamenti, & ſtellati cæli tellus ſit inſtar puncti ex eius diſtantia ab eo elucеſcit: nam cum diſtet à Firmamento ſemidiametris 22612 $\frac{1}{4}$. proportione Mathematica terrenum corpus ſe habet ad Firmamentum ſicut vnitas ad 21562340095703 & inſenſibilem obtinet magnitudinem; cuius àmbitum comprehendendo ſimul aquam, & terram maior pars Coſmographorum noſtri temporis conſtituit eſſe milliar. Italica 21600. tribuendo cuilibet gradui longitudinis, vel latitudinis ex 360. (quibus circulus quiſpiam diuiditur) milliaria 60 ſic ſtadijs 172800 terra circumdatur; vt pluribus menſurandi rationibus innotuit Compactum ex aqua, & terra ſcabrum corpus proximè cingit aer, cuius ſupremæ regionis extremam altitudinem vix ſuperare Telluris ſuperficiem 50. milliarijs Italicis experiuntur Proſpectiui in crepuſculorum contemplatione, vt inferiùs dicemus: ſicut ex refractionibus compertum eſt à menſoribus, regionis extremum per quam nubes feruntur ab eadem ſuperficie diſtare ad ſummum paſſibus biſmille, cum nubium ſublimitatem hunc terminum excedere nuſquam obſeruarint formato triangulo ex terræ Semidiametro, Semidiametro regionis aeris, & radio Solis inclinato ſuper aeris ſuperficiem: ſicut enim ſinus radij ſolaris ſuper cauam aeris ſuperficiem ad telluris Semidiametrum, ita ſinus inclinationis ſupra terram ad Semidiametrum Spheræ compoſitæ ex aere, & terra; exceſſuſq; terræ ſemidiametri erit altitudo aeris quæſita; quodq; etiam aer dictus non ſit admodùm maioris altitudinis enarratæ duorum milliariorum colligitur euidenter ex Ariſtotele: nàm vbi non ſunt venti, ibi nec poterit aer continuari, cum vbi non eſt aer non poſſit adeſſe motus; at in Olimpo monte Aſiæ per multos annos in puluere characteres indeletos repertos ſcribit Ariſtoteles, & ibi animalia viuere non poſſe, niſi per humidas ſpongias ſpiritus, aerq; trahatur: inditium ergò certum eſt ibi aerem non eſſe ex quo viuunt animantia, & ſine quo intereunt, vt extrà aquas Piſces; Eadem contingere referunt in montibus Americæ, quibus ex Nicaragna tranſitur in regiones Peruanas, in quorum ſummitatibus iter agentes ſæpè ſæpiùs moriuntur, & cum Equis gelu rigentes mortui reperiuntur; Tantæ præterea altitudinis aeris eiuſdem ſignum eſt frequens obſeruatio in oris maritimis à menſoribus nubium ſublimitatis, quæ parùm mille paſſuum ſpatium tranſcēdere vbiq; repertæ ſunt, hinc etiam non multò altius continuari neceſſe erit ſumma ratione: nec mirum cũ eadem proportione ex pluribus obſeruationibus in Oceano vaſtiſſimo Holandi experti ſunt, màre profundius non eſſe duobus milliarijs Italicis, quod veriſſimum habuimus nos à fide dignis.

Suprà aerem non eſſe Spheram ignis contra Philoſophorum placita, præter rationes plurimas patet ex refractionum doctrina: nàm ſi per tria diapha-

na radii ſtellarum ad nos peruenirent, maior redderetur refractio, ſicque loca ſtellarum non apparerent vbi realiter perſiſtunt, cuius contrarium experimur.

Succedit hinc æther, & ætherea aura per quam Planetæ, & diſſeminatæ ſtellæ proprijs locis ſtabilitæ à Summo Motore peculiaribus motibus circumaguntur, quæ & Cometarum, aliorumq; nouorum Phenomenon exiſtit locus; cum æthere retinet aer aliquam ſymboleitatem vterque fluidus, ac vnitate præditus, niſi quid miſceatur ætherogenum: in reliquis ſecundum magis, & minus diſſentientes: nam aer aſſiduò vaporibus, & exhalationibus inquinatur hinc denſus, craſſus: æther verò tenuiſſimus, aereque infinities ſubtilior, cuius regiones & ſi aliquandò exhalationes ſcandãt plurimæ reſoluuntur calore ſupero. Suſcipit colorem aer, apparetque ratione ſuæ denſitatis cæruleus (ſola namque denſa ſunt colorum ſuſceptibilia) hinc aer relucet Sole etiam ſub Hemiſpherio verſante: non ſic æther, qui ſi aliquem gradum denſitatis retineret noctu luceret, cum haud dubium ſit de nocte regionem æthercam à Sole totam reſpici, nec impediri à minima Vmbra Conica telluris: illuſtratæ enim partes hora matutina, & Aurora, quæ diem fere repreſentat, cæruleuſque color, quem conſpicimus non eſt ætheris, ſed aeris à ſolaribus radijs illuſtrati, cùm hi radij obliquè, & tranſuerſim incidentes refrangantur, quæ actio tantùm poteſt contingere in medio denſo, craſſo, ac vaporibus inquinato, vt ex Vitellione, Alhazeno, & Petro Nonio colligimus de crepuſculis; nàm aer niſi reddatur terrenis vaporibus infectus, & craſſus, nequit à ſolaribus radijs illuminari, hinc eluceſcit quòd diximus aerem eſſe in lumine, non è contrà. Cæterùm non negandum regiones ætherea s recipere etiam quid ætherogeneum, quamuis non ob id reddantur craſſæ, & denſæ: vapores enim exhalationeſq; poſtquàm aeris regiones pertranſierint, per æthera earum aliquæ partes attolluntur, & loca Planetarum præſertim Solis, & Lunæ, quæ plurimas cauſant in eandem Luna apparentias, ac in Sole maculas, vt dicemus; quarum maxima pars reſoluta à calore Aſtrorum, craſſitiem, & denſitatem ætheri communicàre non poteſt. Hęc ętherea regio quantum protendatur, an finita, an infinita creata ab omnipotenti manu Dei incertum eſt nec Aſtronomi eſt conſiderare, niſi quouſque pertingant radius viſualis, de quibus aliqua dicemus cùm agetur de fixis.


DE MVNDI SYSTEMATIBVS, & cælorum ordine. Cap. V.

VETVSTISSIMVM Mundi Syſtema omni ſęculo vſque ad noſtrum ab omnibus ferè Philoſophis concinnum exiſtimatum eſt, vt Telluris corpus in Vniuerſi centro immobile conſtitutum, Primum Mobile, Firmamentum, Planetaſque circa ipſum rotantes haberet: & hoc ordine. Statuitur terra vnà cum aqua in centro, ſubſequitur aer vt leuius elementum, cuius regiones protrahuntur vſque ad ſperam ignis, cuius regionis termini ſunt ab vltimo ſupremę regionis aeris ad cõcauum Lunę

ſuc-

ſuccedunt orbes Planetarum, per ordinem Lunę, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, hinc cęlum Stellatum, & Firmamentum, tandem Primum Mobile; quem cælorum ordinem conceſſit Antiquitas, Trimegiſtus Epimenides, Timocharis, Hipparcus, Archimedes, & alij: quem Ptolomeus demonſtrationibus ſtabiliuit in Almageſto, ſicut alij ex doctrina Parallaxium, velocitate, ac tarditate motus, & occultatione, pręter Ariſtotelem, Platonemq; qui Solem non quarto loco, ſed ſecundo conſtituerunt poſt Lunam; Parallaxibus quidem, cum maiorem patientes parallaxim, & diuerſitatem aſpectus inferiori in loco, terręque propinquiores conſtituti ſint, ſicut minorem in ſublimiori, ac diſtantiores; motus qualitate, nàm velociores diſtantiſſimi à primo cęlo, & proximi terre ſtatuuntur, ſicut tardiores â terra remotiores: ex occultatione, cum inferiores poſſint ſuperiores occultare, & non è contrà: quæ ſingula in Epitomis Aſtronomicis à nobis enucleantur.

Syſtema Ptolemaicum.



Aliud Vniuerſi ſyſtema propalauit Nicolaus Copernicus Turonenſis ex aliquorum Philoſophorum placitis hoc ordine. Conſtituitur Sol immobilis in centro Mundi, poſt Solem orbis Mercurij, poſt quem Veneris, tertio loco Luna cum terra, poſtmodum Mars, Iupiter, Saturnus per ordinem, tandemque cælum ſtellarum fixarum immobile. Triplicem tribuit Telluri motum, diurnum, quo ex Occidente in Oriens circumducitur ſpatio 24. horarum (quem motum nos tribuimus Primo Mobili) quo omnia Aſtra videntur ex Oriente in Occidens ferri, & ſecundum ipſum terra tantummodò mouetur, annuum, quem nos Soli tribuimus; ac tertium librationis quo inæqualitas Aequinoctiorum, ac Eclipticæ ab Aequinoctiali obliquitas oſtenditur: hoc triplici Telluris motu omnes apparentias, ac phenomena ſaluare nititur Copernicus, nec eius ſyſtema eſſet ſpernendum cum ex Ecleſiaſti. Deus cælum tradiderit hominum diſputationui, niſi repugnaret Scripturæ, & Romanæ Eccleſiæ conſtitutionibus: Contra triplicem illum terræ motum arguit Tycho in Epiſtolis Aſtronomicis, cuius argumenta quanti valeant quilibet conſiderare poterit ſi benè perpendantur.

Syſtema Mundi Coperniceum.



Tycho Brachæ Danus conſtructa Arce Vrani burgo in Inſula Huennæ dedita opera, vt ſtudijs Aſtronomicis incumberet, per multos annos ſtellas obſeruationibus rimatus eſt, adiutus à Mathematicis plurimis; tandemque laboribus indefeſſis circa cæleſtes motus, ac loca, & inſtrumentis maximis ſciſcitatus, Aſtronomiam reſtaurauit; hinc nouas hypoteſes, nouum ſyſtema excogitauit, quod delineatum hic apponimus; ex cuius fundamentis Ephemerides noſtræ conditæ ſunt, vt apprimè cum obſeruationibus congruentes, ac ex hic productis accidentibus, vt metheoris, & alijs. In hoc ſyſtemate Centrum terræ eſt centrum Firmamenti, ſeù cæli extimi, & luminarium, orbes enim Firmamenti, Lunæ, & Solis ſunt homocentrici, ideſt idem Centrum retinentes, quod Centrum terræ; reliqui quinque Planetæ Saturnus, Iuppiter, Mars, Venus, Mereuius retinent Solem pro Centro, orbeſque eorum ſunt eccentrici reſpectu centri terræ, & homocentrici reſpectu Solis. Mercurius, & Venus in eodem orbe, ac cælo ſiti ſunt quo Sol, affixique orbiculis immerſis in craſſitiæ Deferentis Solis, vt conſpicitur. Mars quando eſt Achronicus in oppoſito Solis reperitur ſub Sole, & terris vicinior, quod ex Parallaxi, alijſque obſeruatum eſt.

Syſtema mundanum Tychonicum.



DE HIS, QVÆ CONSIDERANTVR in Syſtemate cęli. Cap. VI,

TOTA ſcientia Aſtronomiæ, ſeù de rebus Cæleſtibus ab obſeru tionibus ducit originem; poſtquàm enim Aſtronomus tot diuer tates motuum, tot apparentias obſeruauit, eas mente examina Hypoteſeſque excogitat, quibus tales apparentiæ ſaluari poſſint & Geometricè exquirit quomodò prædicti motus ad tempus quodcumque co ligi poſſint abſque alijs obſeruationibus, hinc fingit ſyſtema quo Cælum f bricatum, atque ordinatum perpetuò correſpondeat illis motibus, ac app rentijs; hinc Philoſophi varij ſyſtemata varia commenti ſunt, quibus Ph nomena omnia ſaluari, motuſque profitentur; aliqui nempè per orbes ecc tricos, concentricos, & epicyclos; alij per varium, & diuerſum orbium or nem, quidam ponentes terram mobilem, & Solem in Centro Mundi; alij lijs, de quibus aliquandò fuſiùs diſceptabimus; verùm omnia ex apparent ac Phænomenis deſumpſere; nàm videntes obſeruatores ſyderum præter m tum; quo Aſtra omnia ſpatio 24. horarum ab Oriente in Occidens circu mi luebātur, primò Lunam non retinere ſemper eumdem locum, ſed quotidiè i ri Orienti viciniorē, modò Soli coniungi, modò ab eodem ſeparari, modò v modo alterā Stellā occultare, impoſſibile iudicarunt, qnod in cælo ſtellar reliquarum reperiretur, ſicque proceſſu temporis eius locum, motuſque ra nem perpenderunt, quam paſſionem diuerſitatis motus, & loci in Sole, a que quinque Stellis obſeruarunt, quas cum conſpicerent varijs, & diuerſis i tibus moueri errantes, ſeù Planetas appellarunt; duplicem ergò motum ſeruarunt in ſuperioribus lationibus, vnum primum, quo ſingulis diebus o nes alios orbes, & Stellas a'b Oriente in Occidens Primum Mobile circum cit, dictum motum Raptus; alterum ſeptem Planetarum, ac Firmamer quo determinato tempore contrà dictum motum Primi Mobilis ab Occic te mouentur verſus Oriens. Obſeruantes deindè Solem ſuo motu peculiari quam deflecti à qnadam linea, reliquos verò Planetas ſex ab hac linea aſſi deuiare, modò verſus Meridiem, modò verſus Septentrionem incedent excogitarunt Circulum Zodiaci, per quem Planetæ vagantes, nec lin præfixos excedentes eſſent cauſæ generationis, & interitus in his inferiori ſic iiſdem medijs alios Circulos in cælo rimati ſunt; videbant enim Soler ſemper oriri nobis ex eodem puncto Horizontis, ſed modò ex Auſtrali p deflecti verſus Boream, & è contrà, quod erat cauſa diuerſitatis dierum noctium, ſicut anni temporum Veris, Aeſtatis, Autumni, & Hyemis, ginati ſunt Circulos Aequinoctialem, Tropicos, coluros, aliosque tam m res, quàm minores; Aequinoctialem illum in quo Sol conſtituebatur cu erat Aequinoctium, dieſque noctibus æquales; Tropicum Cancri, quem ſcanderet, dum maxima dies contigiſſet, & maiores paralleles [illegible] diutiùs permaneret ſupra terram; Tropicum Capricorni oppoſitum, quem

pe

eragrabat, dum minima dies in his noſtris regionibus ſitis ab Aequinoctiali erſus plagam Septentrionalem. Ex quibus circulorum interſectionibus ductæ parallelæ à Polis Mundi conſtituebantur coluri Solſtitiorum, & Aequinoctiorum; Sic alij circuli, vt ſuo loco dicemus. In cælis ergò duo ſunt, Stellę, & Circuli; de quibus aliqua diſſeramus in modum compendij, cum hæc ſint lteriùs loci conſiderationis.

DE ASTRIS.

Cap. VII.

ASTRVM eſt corpus lucidum à Deo in cælis collocatum, vt ſuprà terram luceat, ſuoque motu tempora diſtinguat. Stellarum aliæ fixę, aliæ ſunt erraticæ; fixæ dicuntur, non quod non moueantur, cum peculiarem ipſæ etiam retineant motum: ſed quia eandem ſemper inter ſe ſeruant diſtantiam; erraticæ dicuntur errones, & Græcè Planetæ, quia variò aberrent: inter ſe enim, & reſpectu ſtellarum fixarum perpetuò variant, ſitumque mutant: modo enim inuicem coniunguntur, modò opponuntur vel alio modò configurantur, ſic eandem paſſionem cum fixis retinentes nùnc ab eis elōgantur, modò illis coniunguntur; quæ tantummodò ſeptem obſeruatæ ſunt Saturnus videlicet, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna ſingula ſingulum orbem in quo luceat retinens, curſumque perficiat. Fixæ diſtinctæ ſunt, & redactæ in Aſteriſmos, configurationes, ac imagines 48; recentiores verò addunt alias 12, obſeruatas propè Polum Antarcticum à nobis non viſum; Duodecim poſitæ ſunt in Zodiaco, 21. ab Ecliptica verſus Septemtrionem, & Polum Arcticum, & 15. verſus Meridiem à Zodiaco, quarum nomina ſunt.

Conſtellationes intra Zodiacum 12.

1 Aries.	7 Libra.
2 Taurus.	8 Scorpio.
3 Gemini.	9 Sagittarius.
4 Cancer.	10 Capricornus.
5 Leo.	11 Aquarius.
6 Virgo.	12 Piſces.

Ima-

Imagines extrà Zodiacum in parte Boreali.

1 Vrſa maior, Helices.
2 Vrſa minor, Cinoſura.
3 Draco.
4 Cepheus.
5 Bootes.
6 Hercules, Engonaſis.
7 Corona Ariadnæ, Boreal.
8 Lyra, vultur cadens.
9 Cignus, Auis, Gallina.
10 Caſſiopea.
11 Perſeus.
12 Ericłonius, Auriga.
13 Serpentarius, Ophiucus.
14 Serpens, Ophiuci.
15 Telum, Sagitta.
16 Aquila, vultur volans.
17 Delphinus.
18 Equiculus.
19 Equus Pegaſus.
20 Andromeea.
21 Deltoton, Triangulum.

Conſtellationes in Meridiana parte extrà Zodiacum 15.

1 Cetus.
2 Eridianus.
3 Orion.
4 Lepus.
5 Canis maior, Sirius.
6 Canis minor, Procyon.
7 Argos, Nauis.
8 Hydra.
9 Crater, Vrna.
10 Coruus.
11 Centaurus.
12 Lupus.
13 Ara.
14 Corona Auſtrina.
15 Piſcis notrus.

Imagines propè Polum Antarcticum à nobis non viſæ 12.

1 Phenix.
2 Grus.
3 Indus.
4 Xiphias.
5 Pauo.
6 Anzer.
7 Hydrus.
8 Paſſer.
9 Apis.
10 Triqaetrum.
11 Muſca.
12 Cameleon.

DE

DE PLANETIS, ET PRIMO DE SOLE, eius paſſionibus, & maculis. Cap. VIII.

IN ætheris regione vaſtiſſima, tenuiſſimoque expanſo, proximiores nobis ſuis finibus Planetæ ſeptem collocati locum peculiarem obtinent, per quem varijs temporum interſtitijs innato ordine diuerſis in hoc orbe Telluris initis apparentijs curſus ſuos dirigunt, & abſoluunt; Illicò igitur poſt Lunam poſt ætheris interuallum magnum ſubſequitur Planetarum Rex Sol, Aſtrorum omnium maximus, cuius motu ſtellæ ceteræ moderationem ſuſcipiunt, & ordinem; verùm quamuis eius motus ſit æqualis, regularis, ac vniformis perpetuò ſuprà terram æquales arcus, circuloſque conſcribens; plurimæ tamen irregularitates, ſeũ anomaliæ obſeruantur, quæ extrinſecus contingentes eius locum, magnitudinem, ac motum immutant; vt pleniùs alibi differetur. Obſeruamus ſemicirculum Zodiaci primum, Solem abſoluere diebus 186. hor. 18. ¦. ſecundum verò diebus 178. hor. 11. ¦. itaut cadat inæqualitas dierum 8. & hor. 7. In Solſtitio æſtiuo Sol (vbi tardiſſimo motu cietur conſtitutus in Apogæo ſui Deferentis) minor apparet quam in brumali Solſtitio, & Perigæo, vbi mouetur velociſſimè, minuſque diſtat à terra. Obſeruamus prætereà eadem Apogæa, & Perigæa eumdem locum non ſeruare, ſed ſecundum ordinem ſignorum aſſiduo agitari; quæ omnia irregularitatem pariunt in plurimis. Diſtinguit Sol ſuo motu tempora anni, Veris, Aeſtatis, Autumni, & Hyemis, ſic Aequinoctia, atque Solſtitia; dierum, & noctium inæqualitates gignit; omniumque inferiorum ſuo acceſſu, & receſſu extat cauſa generationis, ac interitus curſum Zodiaci abſoluens diebus 365. hor. 5. 49'. Patitur Sol Parallaxim, ſeù diuerſitatem aſpectus, quam variam ſtatuunt Aſtronomi; reliquit Tycho eam excedere 3'. ſecluſa omni refractione, nos minorem Romæ reperimus; colligitur autem facillimè ſi altitudinẽ Solis obſeruatam ex Quadrante, vel alio inſtrumento Mathematicò comparemus cum Solis altitudine elicita ex declinatione, & eleuatione Poli differentia enim eſt parallaxis quæſita; ex qua colligimus diſtantiam Solis à terra, & ſic Sol exiſtens in Perigæo, diſtantiaque minima à Centro Telluris diſtat à dicto Centro Semidiametris terræ 1242. & milliariis Italicis 4272480. cum quælibet terræ ſemidiameter contineat milliaria 3440. In Apogeo, ac diſtãtia maxima, diſtat ſemidiametris 1334. ſeù milliarijs 4588960. In media diſtantia diſtat ſemidiametris 1288. & milliarijs 4430720 ex quibus colligitur regionem circà quam Sol ſpatiatur eſſe latam ſemidiametris terræ 92. ſeu milliarijs 316480.

Diameter apparens Solis eſt m. 31. Semidiameter m. 15. ¦ Vera ſemidiameter eſt m. 5. ¦ ⁰⁷₀ ₀. ex hac vera ſemidiametro indagatur Solis vera magnitudo; nam ſi hi numeri fiant cubici, conferanturque cum Cubo vnius terræ Semidiametri conſurget illicò quot vicibus Sol terram ſuperabit magnitudine; ſi cubetur 5. ⁸₁ ⁰₀ ⁷₀ ₀. prodidit numerus 195. ¦ paulò amplius, totque vi-

C ci-

cibus Sol erit maior terra. Eodem ordine deprehendetur Luna minor terr vicibus 51. & proportionaliter Sol maior Luna vicibus ferè decies millies; ſimili regula vtendum in alijs Planetis, ac fixis.

Teleſcopij ope annis proximè elapſis obſeruatæ ſunt in Diſco, & corpor Solari maculæ quædam teterrimæ aſſiduò mobiles; obſeruarunt eaſdem ſeniores; vt de Auenzoar refert Mirandulanus, & alij de nigra macula viſa diebus octo continuis in diſco ſolari tempore Caroli Magni ſeſe circumuolutante; arbitrati ſunt eſſe Mercurium ſub Sole, ſicut aliqui etiam noſtri temporis cognito poſtmodùm falſò aſſumpto, cum paucis tantum horis Mercurius poſſit ſub Sole commorari, data eſt omnibus ſpeculandi occaſio, videant Ioannem Keplerum, Galilæum, alioſque circa hanc nouitatem differentes. Obſeruatę ſũt modò plures modò pauciores, alię denſiores, alię rariores, aliq; in centro Solis, aliquæ ex parte altera, quæ poſtmodùm circà medium euaneſcunt; vt plurimùm incipiunt apparere in parte Diſci Orientali, quæ tandiù gradiuntur verſus Occidentalem donec euaneſcant. In medio Diſci apparent denſiores, & maiores, cum in principio apparitionis eſſent tenuiores, paruęqu ſicut poſt medium iter; conſpicitur aliquandò vna diuidi in plures, incertum an res ſe ſic habeat, an quia ſeparatur ab alijs, quas occultabat; mouentur velociori motu circà medium Diſci, quàm in principio, & circà finem: dicunt circuire totum ſolare corpus diebus quindecim; numerus earum incertus eſt, referunt obſeruatas aliquandò tres, quinque, octo, aliquandò vſque ad triginta. Nos credimus omnimodè non eſſe partes compaginis ſolaris minus lucidas, cum ſtabiles non ſint, ſed ità mobiles, vt Dauid Fabritius Friſius tribuerit eis motum diurnum m. 57. chymericè tamen cum tractet impoſſibilia; prætérquam quod ſitæ in medio Diſci (vt diximus) motu velociori ciantur, quàm circà extremitates. Aſſentimur ſumma ratione opinioni, eſſe fuligines bituminoſas non plus diſtantes à corpore ſolari, quàm nubes à terra de quarum generatione aliquandò altiùs diſſeremus. Videant Roſam Vrſinam P. Scheinerij aliter opinantis.

Figuram Solis eſſe ſphericam, patet opticè, ad ſingulas partes aptam ad lumen diffundendum, qua figura reliqua etiàm Aſtra, terra, ac aqua prædita ſunt; quod demonſtratur apertè ex eius illuminationibus, quæ terminantur in perfectam rotunditatem ingreſſis per quodcumque foramen, etiam non rotundum, ſic alijs rationibus, quas ſuperuacaneum eſt adducere; quia verò obſeruatam eſt Tubo optico, ac Teleſcopio in Horizonte Solem apparere aliquandò oualem, ſeu ellipticum, partemque Horizonti æquidiſtantem apparere longiorem partis Horizonti perpendicularis, ita vt exceſſus ſit ferè quarta partis Diſci, dedit hoc cauſam dubitationis; circà quam firmè exiſtimandum eſt contingere ex conſtitutione aeris craſſi, ac repleti vaporibus, qui Solem refractè nobis ſpectandum exhibet, quemadmodùm etiam conſpicimus ſine Teleſcopio, de quo multi ſcripſere, & præſertim P. Chriſtophorus Scheiner de Sole Elliptico.

Vt Solis faciem, ac maculas intueamur per Teleſcopium inconceſſum e ni-

imium ſplendorem: ante vitrum poſitum, vbi applicatur oculus apponendum eſt aliud vitrum coloratum, & opaciùs; ſic miro modo fulgore retuſo diſtinctiſſimè Solis facies conſpicietur cum maculis, & ſi quid intus perſiſtat. Poſſunt etiam hæ maculæ conſpici, ſi Teleſcopium conſtituatur in foramine formato alicuius feneſtræ clauſæ, itaut radius Solis egrediens per partem inferiorem cadat in obſcùrum ſuprà aliquam chartam, tunc enim in tenebris in illa charta apparebunt maculæ lucidiſſimæ, & eo maiores, quo diſtantius fuerit Teleſcopium à charta; ſic perfectiùs, quo locus fuerit obſcurior.

Sol eſt maſculinus, diurnus calidus, & ſiccus, infortuna per corporalem coniunctionem, fortuna per aſpectum, vita animantium, ex quo omnia Aſtra lumen recipiunt, & in motu regulantur; diſponitque loco Planetarũ ſub ipſo combuſtorum. Ex obſeruatione macularum in Sole conſpicimus Solem circonolutari; hinc recentiores contendunt ſpatio 26. dierum circiter hoc fieri.

DE LVNA.

Cap. IX.

INTER Planetas ſeptem, poſt elementarem regionem, in æthere primum locum occupat Luna, cum præceteris humilior deprehenſa terriſque propinquior obſeruationibus, ac rationibus confirmetur; quo enim pacto corpore ſuo denſiſſimo Planetas reliquos, fixaque Aſtra omnia occultaret dùm illis iungitur, ſi eiſdem non extaret inferior? occultat quippè omnia, quamuis ſit reliquis magnitudine minor; nàm eius viſualis diameter ob terræ vicinitatem alijs maior (ex Proſpectiuis) ſimilia pròducit; pileus enim, exempli gratia, ſiuè aliud inter oculos noſtros, ac cælum interpoſitum maximam cæli partem nobis tegit, pileo alioqui inſenſibilem cum Cęlo quãtatem obtinente; qui quò magis òculis noſtris proximior conſtituitur eo parem maiorem cæli nobis occultat, & occupat. Velociſſimo motu cietur Luna, maximè naturæ Primi Mobilis contraria, vt ab eodem diſtantius ſępareſt. Sola inter ſydera in conicam terræ Vmbram incidit, vt illi propinquior; cumque corpora lucida (ex opticis) quò minus diſtant à terra, eo maiorem proijciant Vmbram in plano Horizontis, Cinthia Sole, alijſque Planetis maiorem, longioremque proijcens, præceteris omnibus arguit ſui humilitatem.

Præter has rationes demonſtratiuas, cum reliquis omnibus Luna maiorẽ recipiat parallaxim, quam humiliora, & telluri propinquiora patiuntur, ſiſtentium adducit huic contradictioni; eleuata namque ſuprà Horizontem collocata in Perigeo Parallaxeos retinet minuta 65. 30′. In Apogęo 56′. 45″. Aſtris reliquis vix minuta tria ſubeuntibus. Diſtat à Centro Telluris Luna quãdo eſt in Apogæo ſemidiametris terræ 60. 4′. & milliarijs 206730. in Perigeo ſemidiametris 51. 57′. & milliarijs 178708. vt terris propinquiſſima; in media diſtantia ſemidiametris 56. & milliarijs 192640. hinc Luna quandò Soli iungitur, aut opponitur in maxima diſtantia diſtat à Tellure ſemidiame-

tris 57. 38′. quandò eſt in quadrato Solis aſpectu ſemidiametris 60. 4′. In diſtantia minima, & Perigæo in coitu, vel oppoſitione cum Sole diſtabit ſemidiametris 54. 23′. in quadrato radio Solis ſemidiametris 51. 57′. Semidiadiameter Telluris, vt diximus continet milliaria 3440. poſito eius ambitu milliar 21600 cum diameter ſit milliar 6880. quæ multiplicata in 3. $\frac{1}{7}$ conſtituit terræ circumſerentiam, ad quam diameter dicta habet proportionem triplam ſexqui ſeptimam.

Quomodò data parallàxi Planetæ, & Phænomeni, vel eius altitudine ſuprà Horizontem indagetur eius à Tellure diſtantia, dicemus alibi; nunc in modum compendii circà Lunam, ſi ſinus altitudinis Lunæ ſupra Horizontem diuidatur per ſinum parallaxis Lunæ, in quotiente erunt ſemidiametri terræ, quibus Luna diſtabit ab eadem terra; exempli gratia. Sit Lunæ altitudo ſuprà Horizontem gr. 45. ò ſinus 70711. ſit parallaxis Lunæ m. 45: ò ſinus 1309. ex diuiſione per $\frac{7\,0\,7\,1\,1}{1\,3\,0\,9}$. produntur 54. $\frac{1\,6}{1\,3\,0\,9}$ Semidiametris, quibus Luna diſtat à terra; hocque modo Tabulæ conſtruuntur.

Cæterùm cum Luna diſtet à Centro Telluris conſtituta in Apogæo ſemidiametris 60. in Perigæo 52. circiter, conſequens eſt fateamur Lunæ regionem eſſe latam ſemidiametris 8 & milliarijs 27520. Italicis.

Præter motum Primi Mobilis, quo ex Oriente in Occidens Luna cum alijs circumducitur ſpatio hor. 24. mouetur peculiari motu ex occaſu in ortum ſecundum ordinem ſignorum, cuius medius motus totius circuli (cum de verò alibi ſit diſceptandum) ſi referatur ad Zodiacum, abſoluitur ſpatio dierum 27. hor. 7. 41′. vocaturque menſis periodicus, eoquod Luna periodum compleat totius Zodiaci reuolutionis. Si verò referatur ad Solem Luna abſolui curſum diebus 29. hor. 12. 44′ vocaturque menſis ſynodicus, ideſt coniunctionalis; qui motus ob plures cauſas irregulares reducuntur ad regularitatem per proſtrapheresim, vt ſuo loco dicemus. Mouetur Luna etiam in latitudinem ex Ecliptica deflectendo modò verſus Boream, modò verſus Auſtrum, elongaturque à dicta linea Ecliptica vtrinque gr. 5. 17′. ad ſummum ex Tychone. Loca in quibus maximam retinet latitudinem Borealem vocantur limites, & Ventres Borei; in quibus obtinet Meridianam limites, & Ventres Auſtrini. Interſectiones in Ecliptica, vbi nullam obtinet latitudinem vocantur Nodi; à parte Boreali Caput, ab Auſtrali Cauda Draconis, qui ſecundum Antiquos mouentur regulariter, irregulari ordine ſecundum Tychonē.

Singulis horis Luna in maxima diſtantia à terra, ac ſemidiametris 60. 4′. incedit milliaria 54000. nàm vt habetur in opticis, ſicut ſe habet diameter ad diametrū, ità circūferētia ad circūferētiā, ſi ergò ſtatuatur hęc proportio circumferentia Lunaris regionis continebit Telluris peripheriam vicibus 60. Si terræ ambitus ſtatuatur milliar 21600. circuitus Lunaris regionis erit milliar 1296000. quem abſoluit Luna ſpatio hor. 24. ſic proportionaliter qualibet hora incedet milliaria 54000. Luna vt diximus eſt maior Telluris corpore vicibus 51.


DE

DE LVNÆ ILLVMINATIONE, Phaſibus, & maculis. Cap. X:

IN Solis, Lunæque coniunctionibus, cum prorſus nulla remaneant Lunaris Diſci veſtigia, totumque eius nobis corpus occultetur; & cum in totali Eclipſi Solis, nec minimam quidem Solis lucem Luna ad nos tranſmittat; alijſque rationibus conſequi licèt Lunare corpus nec lucidum, diaphanum, nec tranſparens eſſe; ſed denſum craſſum, opacumque nulla præditum luce, niſi aliena, Solis maximè videlicet; quod enim antè, & poſt coitum cum Sole dum corniculata exiſtit lucido, ac ſereno cælo tota etiam eius corporis rotunditas dealbicans ſe offerat obtutui; quemadmodum in Eclipſi eius aliquam lucem remanentem conſpiciamus, hoc non innato eius lumini tribuendum; ſed radijs ſolaribus, & ſyderum, quos vt ſpeculum Luna retinet, ac aſſumit non ſecùs ac impreſſiones, & alia circà aerem volitantia: orbata ergò luce propria, ſolamque eam retinens, quæ à Sole mutuatur, pro diuerſo, & multiplici ad Solem poſitu, aſpectuque illuminationis formam commutat, & ſplendoris; hinc diuerſæ ad Solem phaſes producuntur; nam quamuis perpetuò eius medietas ſaltèm illuſtretur à Sole, immo in coniunctione aliquid magis (ſphera etenim maior luminoſa è propinquo partem ampliorem ſpheræ minoris illuſtrat, quàm è remoto, ex opticis) non eodem modò à nobis ſemper conſpicitur, idque pro diuerſa ad terram habitudine; in coitu cum Sole, & Nouilunio tota medietas illuminata à terra euerſa exiſtit, parſque obſcura inferior, quam radij ſolares non attingunt nobis obuerſa, & directa; hinc nullo pacto conſpici poteſt, donec paulatim à Sole recedens, eius aliqua pars rotundi corporis illuminata nobis detegitur, & pro maiori à Sole receſſu magis aucta quotidiè cernitur corniculata, & diſtans à Sole quarta parte Zodiaci, ſeù gr. 90. dimidiata, quæ deindè magis, magiſque à Sole recedens ſenſim turgeſcens, tandem pergens ad oppoſitionem elongata gr. 180. & dimidio circulo à Sole tota, plenaque nobis præbetur conſpicienda. Cæterùm cum eius natura ſit inſtabilis, & motus velociſſimus ab hoc ſtatu Plenilunij recedens reuerſura ad Solē eius lumen pro maiori in dies proximatione ad eodem diminuitur, & corniculata, dimidiataq; cernitur, proùt in incremento contingebat, donèc paulatim diminuta in noua coniunctione lumen denuò totale deperdat, atque ſplendorem, ad eaſdē operationes duodecies in anno ſubeundas regrediens.

Ty-

Typus Phaſium Lunæ.



Pars alba eſt illuminata.

A Sol.
B Centrum Telluris.
C Luna iuncta Soli, tota obſcura.
D Cornicularis in ſextili aſpectu Solis.
E Dimidiata in quadrato Solis.
F In trino Solis.
G Tota illuminata, in oppoſito Solis.
Iterum H In trino Solis:
I In quadrato Solis.
K In ſextili Solis.
C Coniuncta Soli.

Ex his conſpicitur, cum Luna ſphericè illuminetur, cur tot, & diuerſæ Phaſes contingant, modòque corniculata, dimidiata, modò plena conſpiciatur.

Lunare corpus tot nbnoxium varietatibus, quamuis non ſecùs, ac alia ſydera ſit naturæ æthereæ nec elementaris; præditum tamen eſt copioſiore humiditate Aſtris omnibus, retinetq; humiditates, & incluſos vapores in ſe, quos ſolares radij illuſtrant ex ea parte, quam ſuperficialiter irradiat; cumque hæ partes illuſtratæ Lunaris corporis ordine inęquali, ac forma cernerētur, obſeruatæ ſunt Tubo optico, & Teleſcopio in eodem corpore maculæ quædam interpolatæ præſertim circà Plenilunium, Montium, Vallium, Syluarum, & concauitatum ſymbolum referentes, quę nil aliud ſunt, quam tranſparitio partium ſolidiorum, ſicciorumque ſubſtantiæ corporis Lunaris per vaporem circumfuſum circà partes à ſolaribus radijs illuſtratas; quod verò Limbus Lunæ viſibilis immunis omninò ab his maculis conſpiciatur in cauſa eſt occurſus liber, incidentiaque non impedita Viſus noſtri in vapores circa Lunare corpus concurſantes; cum in alijs partibus, quæ ſolares radios ſuperficialiter recipiunt penetrare non valens viſus noſter reflectatur, præſertim in Orientali, & ſuperiori Diſci parte, vbi Campi, Valles, Maria conſpiciuntur. Somniarunt aliqui has maculas oriri ex Telluris effigie imbutæ aliqua luce radiorum ſyderum, quam Luna tanquam ſpeculum in ſe reciperet; nam ſi hoc eſſet, ſequeretur neceſſariò in varijs Horizontis plagis, diuerſaque Lunæ ad Ortum, Occaſum, Meridiem habitudine, diuerſimodè

has

has maculas apparere, cum diuerſimodè Lunam terræ effigiem, formamq; recipere ſit neceſſum; cuius contrarium experientia teſtatur; cum perpetuò eandem formam maculæ retineant vbique locorum in Cælo, qualem vides.



David Fabritius Friſius cum aliquibus opinatus eſt Lunam eſſe corpus terreum, ineſſeque ibi habitatores, refertq; aniles fabulas reperiri linceos, qui in Lunæ Globo homines, & animalia conſpiciant ambulantia; quæ impoſſibilitate vana, & ſomnia redduntur abſque fundamento. Luna eſt fœmina nocturna, luminare minus, humidiſſima cum à nullo impedita plurimos attrahat vapores, præſertim in quadraturis cum Sole, quandò eſt propinquiſſima Telluri; excalefacit adiuta à Solis radijs, quamuis diuerſimodè pro diuerſo eius ſitu, vt inferius explicatur.

DE SATVRNO
Cap. XI.

SATVRNI ſydus in extremo loco Planetarum inter Iouem, & Firmamentum ſitum eſt, non ſcintillans, nec nimis ſplendidum, coloris plumbei, occultatur à Ioue, cuius parallaxis (ſi eam admittimus) eſt minor; totum peragat Zodiacum in annis triginta circitèr, retinens Solem pro Centro. Maxima diſtantia Saturni à terra eſt terræ ſemidiametris 105,92. ideſt milliarijs 36436480. minima eſt ſemidiametris 10550. & milliarijs 36292000. diſtantia media eſt 10571. & milliarijs 36264240. Hinc orbis Saturni erit latus ſemidiametris terræ 42. & milliarijs 144480. Illuminatur à Sole ſicut omnes alij Planetæ, & proiicit vmbram in partem Soli oppoſitam, quæ extenditur ſemidiametris terræ 12527. & poterit ſuo corpore fixas occultare, cum aliquæ ex obſeruationibus ſolum diſtent à Sole ſemidiametris 13000. & Sol in media diſtantia à terra diſtet à loco in quo peruenit vmbra Saturni ſemidiametris 21810. In media diſtantia Saturni à Centro Telluris eius diameter apparens eſt min. 19. hinc formato triangulo erit maior terra vicibus 22. circiter; proportionem verò cum alijs Planetis quam retineat Saturnus dicemus inferius.

Noſtris temporibus obſeruati ſunt in Saturno duo comites, ſtellæque etiam er-

errantes Saturnum comitantes, quæ aliquandò eius corpori ità coniunguntu vt eum oſtendant oualem, ſeù ellipticum, aliquandò etiam in corpore Satur ni occultantur, vt in ſchemate appoſito conſpicitur.



Saturnus eſt Planeta maſculinus, diurnus, infortuna maior, inimicus natu ræ humanæ, frigidus, & ſiccus, contrarius calori naturali, deſtruit ſuis qu litatibus omnia, complexione melancholicus.

DE IOVE Cap. XII.

SVB Saturno, ſupraque Martem, Iuppiter collocatus eſt, minorem e nim recipit Marte parallaxim, & à Marte occultatur; Stella lucid ac paulò minor Venere quoad apparentias; retinet pro centro Sole circa quem ſingulis annis Zodiaci ſignum abſoluit, totumque circulu in annis duodecim. In Apogæo diſtat à terra ſemidiametris 4753. & mi liarijs 16240000. In Perigæo 3227. & milliarijs 11076800. In media diſt tiâ ſemidiametris 3990 & milliarijs 13725600. lata eſt regio orbis Iouis ſ midiametris 763. & milliarijs 2524720. Diameter apparens Iouis à med diſtantia à terra eſt m. 2. ¼ ex quo innoteſcit proportio Spherarum; ſic Iu piter erit maior terrâ vicibus 14.

Repertæ ſunt Teleſcopio quatuor Stellæ circa Iouem eum comitantes ſduò, quas non eſſe fixas, ſed errantes patet ex eo, quod aliquandò, vna, du aliquandò & quatuor conſpiciuntur; modò viciniores, modò à Ioue rem tiores; obſeruatum eſt moueri verſus Oriens, & verſus Occidens, quod n ceſſariò contingere confitemur ex earum motu in epicyclo, nàm in ſuperi ri parte Orbiculi verſus Oriens, in inferiori verſus Occidens conuolutari n ceſſe eſt; quandò mouentur verſus Oriens bis nobis occultantur: primò quandò ſunt ſupra Iouem, & Iuppiter ſe interponitur inter eas, ac noſtrum ſpectum; ſecundò quando incidunt in vmbram Iouis, vbi verè eclipſantu Ioue veſpertino latent ob coniunctionem cum Ioue, eclipſanturque etiam parte Orientali, vbi proijcitur vmbra; Ioue matutino eclipſantur in pa Occidentali in quam vmbra delabitur, ac abſcõduntur ob præſentiam Ioui quandò mouentur verſus Occidens latent in coniunctione cum Ioue. Dicu non omnes æqualiter moueri; nàm Comitem viciniorem obſeruant comp re circuitum circa Iouem die vno hor. 18. circiter; ſecundùm diebus trib cum horis 13. ½ tertium diebus ſeptem cum hor 4. quartum diebus ſexdeci cum horis 18. Illuminatur à Sole non ſecus, ac corpus Iouis. Abſcundun hæ Stellæ quandò Iuppiter interponitur inter ipſas, & Solem; tunc en eas ol illuminare non poteſt; & ſemper ſunt in Ecliptica, vel linea Eclip cæ parallelę.

Sche-

Schema Comitum Iouis.



Iuppiter à Sole etiam ſuſcipit lumen, vmbram in partem oppoſitam proijciens, quæ extenditur ſemidiametris terræ 869. & millſarijs 2989360. Eſt Planeta maſculinus, diurnus, temperatè calidus ac humidus, fortuna maior beneficus, humanæ naturę auxilium.

DE MARTE,

Cap. XIII.

IN lucido expanſo, & æthere poſt Solem, ac ſub Ioue Mars conſtituitur, qui duobus circitèr annis Zodiacum peragrat, circà Solare corpus eius Centrum; Cum eiuſdem Solis circulo Deferente, ità Mars ſitus eſt, vt cum fuerit Achronicus in Solis oppoſito ſub Sole obſeruetur, maiorem recipiens Parallaxim quam Sol minutorum ſcilicet quatuor, quæ conſpici poſſunt in ſchematis delineatione. Citiùs curſum abſoluit Saturno, Iouecq; quos occultat, ob id inferior; eſt Stella ſubrubra, ſubobſcura, igneum colorem repręſentans. Diſtat à terra in Apogæo ſemidiametris 2729. & milliarijs 927560. In Perigæo quandò cernitur ſub Sole 761. & milliarijs 1617840. in media diſtantia ſemidiametris 1745. & milliarijs 2552800.


Illuminatur à Sole, proijcitque vmbram ſicut alij Planetæ, quæ extenditur in maxima diſtantia ſemidiametris 147. & milliarijs 505680. cuius ſemidiameter apparens eſt m. 2. & ſic eſt minor terra vicibus 13. Eſt Planeta maſculinus, nocturnus in fortuna minor, calidus, & ſiccus intemperatè, maleficus.

DE VENERE Cap. XVI.

VENVS omnium Aſtrorum, præter luminaria maxima conſpitur, & ucidiſſima; matutina Orientalis vocatur Lucifer, lucens veſperè Heſperus; ex eius à Sole illuminatione (cum modò falcata, ſemiplena, plenaque conſpiciatur) euidentiſſimè oſtenditur rotari circa Solem tamquam Centrum ac ſuprà, & infrà Solem agitari, à quo non recedit plùs grad. 48. circitèr. Eius diameter eſt m. 3. & eſt minor terraſexies, abſoluitque circuitum annum ſicut Sol. Diſtat à Sole Venus ſemidiametris 855. & mllliarijs 3941200 ex quo cognitu facilè erit quantùm diſtet à Tellure; extenditur eius Vmbra ſemidiametris 102. & milliarijs 350880. Parallaxim excipit ſicut Sol.

Venus eſt fœminina, nocturna, fortuna minor, calida, & humida, temperata, atque benefica.

Ex Teleſcopio Veneris noua apparentia inuenta ſunt. Quomodò autem contingant hoc Schemate demonſtratur.



Girus Solis L M N.
oculus O.

In A eſt coniuncta Soli, & non videtur.
In B eſt plena, & tota conſpicitur.
In C apparet gibba.
In D Dimidiata.
In E Corniculata.
Ia F coniuncta Soli non videtur, & fit Lucifer viſa manè.
In G Corniculata.
In H Dimidiata.
In I Gibboſa.
In K plena conſpicitur.
Pars alba eſt illuminata.

DE

DE MERCVRIO.
Cap. XV.

MERCVRIVS, & Venus circà Solem, tamquàm circà Centrum circumuolutantur, huic opinioni adſcripti ſunt Vetruuius lib. 9. & Martianus Capella in Philologia, Mercurius eſt Stella exigua, ſed luminoſa à Sole recedens ad ſummum gr.28. circiter, naturæ inſtabiliſſimæ, modò directus, modò retrogradus, ſtationarius, modò ſub radijs, modò extra refulgens; credimus omninò ob Solis illuminationem ſicut Venerem, corniculatum, dimidiatum, & plenum apparere, quod tamē oculos noſtros latet. Centrum eius epicycli eſt in Sole, proijcitque vmbram in partem aduerſam, eamque ſemidiametris terræ 43. & milliarijs 147920. ſtatuunt diametrum Mercurij apparentem m. 2. hinc Solem ſe habere ad Mercurium. vt 2928. ad 1. & Terra eſt maior Mercurio vicibus 19. Diſtantia Mercurij à Sole habetur ſemidiametris 581. qui apparet maior, minorq; prout in Apogæo, vel Perigæo reperitur.

Mercurius naturæ eſt ancipitis, cum malis malus, cum bonis bonitatem adauget, qualitateſque ſuſcipit pro ratione Planetarum, quibus commiſcetur; eſt tamen ex ſe ſiccus ob Solis viciniam, ac frequentem combuſtionem.

Proportio Spherarum.

Sol eſt maior Saturno nouies; Ioue vicibus 14. Marte 2535. Venere 1270. Mercurio 3705. Luna 10000.

Saturnus eſt maior Ioue, dimidia parte corporis Iouis, maior Marte vicibus 286. Venere 152 Mercurio 418. Luna 1122.

Iuppiter eſt maior Marte vicibus 182. Venere 84. Mercurio 266. Luna 714.

Venus eſt dupla Marte cum $\frac{2}{3}$ tripla Mercurio cum $\frac{1}{6}$.

Mars continet ſemel, cum dimidio Mercurium.

Luna eſt maior Venere ſex vicibus; Marte 13. Mercurio 19.

Diſtantia Planetarum inter ſe, & cum Firmamento.

Terra diſtat à Firmamento, ſeù aliquibus ſtellis fixis obſeruatis, ſemidiametris terræ 14288. & milliarijs 49150720.

Saturnus in media diſtantia à terra diſtat à Firmamento ſemidiametris 3717. milliarijs 12786480.

Iuppiter diſtat à Firmamento poſitus in media diſtantia terræ (ſicut intelligimus de omnibus) ſemidiametris 10298. & milliarijs 35425120.

Mars diſtat à ſtellis fixis ſemidiametris 13831. milliarijs 47490640.

Sol diſtat à Firmamento ſemidiametris 13000. & milliarijs 44720000.

Luna diſtat à Firmamento ſemidiametris 14232. milliarijs 48958080.

Saturnus diſtat à Ioue ſemidiametris 6581. milliarijs 23138640.
Saturnus diſtat à Marte ſemidiametris 8826. milliarijs 29361440.
Saturnus diſtat à Sole ſemidiametris 9283. milliarijs 31935520.
Saturnus diſtat à Luna ſemidiametris 10515. milliarijs 36171600.
Iuppiter diſtat à Marte ſemidiametris 2245. milliarijs 7722800.
Iuppiter diſtat à Sole ſemidiametris 2702. milliarijs 9294880.
Iuppiter diſtat à Luna ſemidiametris 3934. milliarijs 13532960.
Mars diſtat à Sole ſemidiametris 457. milliarijs 1572080.
Mars diſtat à Luna ſemidiametris 1689. milliarijs 6310160.
Sol diſtat à Luna ſemidiametris 1232. milliarijs 4238080.

DE FIRMAMENTO, ET IN EO STELLIS Fixis. Cap. XVI.

IN æthere poſt Planetarum regiones illicò regio fixarum ſubſequitur di-ćta Firmamentum, quæ an ſit finita, an infinita creata à Deo Maximo alterius eſt conſiderationis poteſt: enim actu infinitum producere ſu omnipotentia; verùm locus vbi diſſeminatæ ſtellæ à nobis conſpiciuntu terminatus eſt, ſuoque termino ſtabilitus; dùm enim Stellas oculis intuemur illæ viſionis angulum conſtituunt, quo permanente ſpatio infinito diſtare mi nimè poſſunt, cum non careat termino viſibile quodpiam. Cæterùm diuiſe runt Aſtronomi Stellas in plures magnitudines à prima ad ſextam, ratione ap parentis earum diametri, cenſentes omnes eſſe ſtabilitas in eodem plan Firmamenti, eademque diſtantia à Centro Telluris; quam inueteratam op nionem nos ſuſpectam plurimùm habemus: credimus enim non omnes Ste las in eadem ſuperficie firmatas eſſe, ſed diuerſa, & alias in loco remotiori alias Telluri propinquiori, quàm eſſe cauſam cur aliæ maiores appareant; ap parent quippè aliquæ paruæ magnitudinis, non quod paruæ reuera ſint; ſe ob maximam à terra diſtantiam, vt contingit in Planetis; nàm Saturnus, Lu na infinities maior, conſpicitur ea minor, ob maiorem à noſtris oculis, & tellure remotionem, quod non inficit coniectari in fixis; non negantes tame eſſe inter ſe diuerſæ magnitudinis, ac qualitatis; quæ cum in rerum primo dio ſint à Deo creatæ omnes magnitudinis finitæ, & numero finitas eſſe ne ceſſario aſſerimus cum Philoſophis; Obſeruarunt Antiquitus 1022. Stell redactas in Aſteriſmos, vt ſuperiùs diximus, verùm noſtro æuo ex ſyderei Nuncio, & Teleſcopio plurimæ aliæ conſpectæ, quæ latebant, ſic infinit penè alias adeſſe credimus, quas oculus noſter non attingit; Suprà verò fix rum regionem puriſſimam, an aquæ conſtituantur, an chriſtallois materi an aliud ad motus, & apparentias nullo modò ſpectat; vtcumque ſit, ſpatiu illud, quod Mundum tegit, & ambit forma eſſe ſphericum, nec alia certu eſt vt demonſtrauimus in ſphericis.

Mouetur Firmamentum, & in eo fixæ, præter motum diurnum, & rapt

ab

o Oriente in Occidens, motu proprio ex Occidente in Oriens ſecundùm ordinem Signorum ſupra Polos Eclipticæ, quem motum primus obſeruauit Hipparcus, cùm priores Tales Mileſius, Eudoxus, Aratus, Tymochares, ijque non cognouerint; circà quem variæ fuerunt opiniones; Ptolemeus facta comparatione ex obſeruatis Stella ſpica Virginis, ac Stella præcedenti Cornu ♈. cum eiſdem obſeruatis ad Hipparco ſtabiliuit Firmamentum ſingulis annis centum, gradum vnum peragrare; nam reperiebatur tempore Ptolomei (qui vixit poſt Hipparcum annis 265.) in gr. 6. 40′. ♈. dicta Stella in Cornu; quæ erat tempore Hipparchi in gr. 4. 0′. & ſic Ptolomeus tribuit annuum motum Firmamento 35″. cui opinioni addicta eſt tota poſteritas uſque ad noſtra tempora. Albategnius tribuit Firmamento, vt in annis 66. percurreret gradum vnum; conferens enim obſeruationes ſuas cum illis Menelai, reperijt Stellas in annis 782. peragraſſe gr. 12. 56′. Tycho Brahæ ex anni Tropici, & Syderalis differentia opinatus eſt octauā ſpheram, fixaſque moueri in annis 70. & menſibus 7. gr. 1. & in annis 100 gr. 1. 25′. tribuens his annuum motum 51. ſecundorum; cui ſententiæ ſubſcribimus.

Prima Stella in Cornu ♈ magnit. 3. cum latitud. Boreal. gr. 7. 8′. reperta eſt à Tymocharide in gr. 2. ♈.

Poſt hunc annis 150. Hipparcus obſeruauit eam in gr. 4. ♈.

Poſt Hipparcum annis 265. Ptolomeus in gr. 6. 40′. ♈.

Albategnius poſt Ptolomeum annis 740. in gr. 18. ♈.

Alphonſus Rex Hiſpaniarum poſt Albategniū in annis 380. in gr 26. 54 ♈.

Nicolaus Copernicus Turonenſis poſt Alphonſum Regem annis 265. obſeruauit in gr. 27 2′. ♈.

Tycho Brahæ Danus poſt Copernicum annis 61. in gr. 27. 37′. ♈.

Præter difficultates contingentes in Inſtrumentorum exactione, & obſeruationibus veris, res eſt maximæ conſiderationis, cum centena annorum neceſſaria ſint pro differentia motus exantlanda; acquieſcamus interim Tychonis obſeruationibus exactiſſimis.

Diximus in noſtris Ephemeridibus Copernicæis in dubio verſari apud recentiores de conſtitutione Fixarum in cæleſti figura, an ſit conſideranda tantum longitudo Stellæ; (neglecta latitudine) an ſint conſtituendæ vtriſque conſideratis, an obſeruatis Poſitionum circulis, vel alio modò; & dubitationi ſilentium imponentes diximus eamdem eſſe rationem Fixarum, ac Planetarū, qui in figura conſtituuntur ſeruata tantum longitudine, quod (quamuis experientia, & rationibus innoteſcat) probauimus argumento ex Ptol. 4. Quadripart. vbi explicando effectus Martis cum Sole, dum Mars conſtituitur cum Capite Meduſæ, præſupponit Caput Meduſæ eſſe in Tauro ſigno mutilato; ſi verò ſeruetur latitudo dicta Stella non caderet in Tauro, præterquam quod etiam ſi alibi conſtitueretur Mars non aſpiceret Solem illo aſpectu, præter alia abſurda; Stellæ ergò in figura cæleſti conſtituendæ ſunt ſolum ſeruata longitudine: ſi verò dirigendæ eſſent Stellæ tunc non ſecus, ac in alijs ſeruanda ſit latitudo, circuli poſitionum, Aſcenſiones, & Decenſiones; ſicque finem huic negotio imponimus.

In-

Inferiùs extat Catalogus Stellarum Fixarum omnium, quæ ab Aſtronomi alicuius conſiderationis obſeruatæ ſunt; earum longitudines à principio Arietis; latitudines ab Ecliptica, Diclinationes ab Aequinoctiali, Aſcenſiones, rectæ, cum gradibus quibus cælum mediant, cum earum magnitudinibus, a naturis ordine ſummo.

DE NOVIS PHÆNOMENIS.
Cap. XVII.

DE Cometis, Stellis de nouo genitis, alijsque Phænomenis diffus pertractauimus in Comment. ſuper 2. Qaudripart. hic ea propte aliqua in modum compendij perſtringemus, quæ circà hanc ardu materiam enucleandam congruentia magis videbuntur. Cogno uit Antiquitas de nouo gigni Stellas, ſicut Cometas; Faſſus eſt Hipparcus fatetur Epigenes, dùm hæc verba profert. Duo ſunt Cometarum genera alij ardorem vndique fundunt, nec locum mutant, alij in partem aliquam v gum ignem in modum Comæ porrigunt, & Stellas permeant. Primo intell gat de Stellis (quamuis eas in Cometarum numerum adſciſcat) poſtremò c veris Cometis, & alijs traiectionibus; expertus eſt eadem poſteritas; obſeru runtque Neoterici noſtro æuo, præter Cometas plurimas, Stellas de nouo g nitas, vnam anno 1572. in ſede Caſſiopeæ, ſecundam anno 1600. in pecto Cigni, vltimam anno 1604. quæ apparuit in genu Serpentarij lucidiſſim omnes, ac Veneris magnitudinem ferè adequantes; quæ diù colluſtrant ſenſim tamen diminutæ diſparuere, nec immeritò; ſicut enim Stellæ Cæ congenitæ à primordio rerum ad extremum vſque incorruptæ permanebun ſic par eſt (reiecto Peripateticorum dogmate) de nouo genitas pro tempo tendere ad interitum, & paulutim contabeſcentes extinguendas. Cæteru hæc, vt à noſtra cognitione omninò remota adſcribenda ſunt operibus omr potentis Dei, qui prout libet noua creat phenomena in Cælo effulgentia, nouitates in mundo ſignificent; ac generalia accidentia pertendant; ob infirmiſſima eſt nouorum phænomenum ſpeculatio naturæ ordinem, temp ra, legeſque non ſeruantium. Veterum ſententiæ circà hanc materiam, & p ſertim Cometicam partim ab Ariſtotele, partim ab alijs diſcuſſæ improb tæ remanent; nec enim Cometes ſunt ex numero Stellarum perpetuò recu rentium, quæ ſtatuto tempore in orbem recurrentes conſpiciuntur, vt opin tus eſt Pythagoras; nec coitum duarum Stellarum, vel plurium ſimul coll centium vt Democritus; & Anaxagoras; non lumen Aſtrorum in denſa r be coniectum vt Strabo; non nubem ſublimem ex ſublimi illuſtratam, Heraclides Ponticus; non violentam impreſſionem Solis in nubem vt Metr dorus; nec exhalationem terream in ſuperiori parte aeris accenſam vt Ariſ teles; nàm partim à Tychone partim ab alijs reijciuntur. Remanent in ſcuſſæ tantummodò recentiorum ſententiæ, quas non eſt hic locus infringe

di

breuitati conſulentes. Opinatus eſt Iulius Scaliger Cometam eſſe materiam porosã, & exhalationem terreſtrem vi ſyderum eleuatam in aeris regionem ſuperam, ibique non accenſam vt Ariſtoteles: ſed à Sole illuminatam; cui opinioni ad dictus Chriſtophorus Rotmannus adiunxit poſſe eamdem materiam ſcahdere regionem æthercam, ac ibidem illuſtrari; quæ opinio difficultatibus inuoluta, & experientiæ repugnans relinquitur, vt aliæ pro nunc aliis diſcutienda. Ioannes Keplerus generari contendit in vaſtiſſimo æthere, & expanſo, vtque in Mari Piſces, aueſque in aere ductu rectilineo orbem pertranſire; immo imaginatur phantaſticè, quod ſi fortè Cometes in terram incideret (quod poſſe fieri opinatur) ab eadem terra, vt ſolidiori poſſe perforari; ſequitur enim ſententiam Copernici de motu Telluris: Ambroſius Rodius fatetur quidem eſſe corpora cæleſtia, ſed vltra naturæ ordinem generata. Helectus nouas eſſe Stellas ex materia cæli genitas in æthere vt plurimùm eminentes, aliquandò verò, indifferenterque in parte aeris ſuperiori; quæ opiniones loco citato diſcutiuntur.

Nos opinioni Cardani aſſentimur, quam Tycho, & plurimi ſectantur Neoterici, Cometas, aliaque Phænomena eſſe materiam de nouo in ætherea regione genitam, & à Solis radiis illuſtratam; ſublunarem namque regionem hæc Phænomena non permeare, Geometricis demonſtrationibus, ac parallactica innotuit doctrina, quæ ſtatuto à Deo Optimo Maximo tempore producuntur, vel vt Aſtra fixa abſque alio peculiari motu, vel vt Cometæ ſub maximis circulis curſus dirigentes, & in Solis contrarias partes Caudas porrigentes. Materialis cauſa ex qua Deus omnipotens hæc producit Phænomena ætherea eſt; & ex natura cæli, nec elementaris, quod pluribus probat Tycho, abſque diffuſiùs, quàm non eſſe ſolùm expanſum (de quo diximus) quod eſt vehiculum luminis, & ſubiectum per quod Aſtrorum radii nobis præbentur conſpiciendi, pluribus rationibus elucescit, & præcipuà quia expanſum, vt æquali, atque ſubtiliſſima præditum raritate poteſt ſolum eſſe loco termini, vt Phænomenum in ſe tanquam formam contineat, nec ei materiam elargiri; materia namque debet eſſe quidpiam tertium reſultans, ex natura expanſi, & Aſtris; hinc probabiliſſima ratione ad circulum lacteum, ſeu Galaxiã recurrendum, quæ cum ſit congeries plurium minutarum Stellarum contiguarum inuicem collucentium, cæleſtis ſubſtantiæ, & reliquiæ lucis primogeniæ, exiſtimanda non eſt ſimpliciter de natura expanſi: ſed aliam in ſe retinere materiam præter collucentiam Stellarum; quod patet ex eo, fatenturque omnes, quod expanſum eſt ſolùm luminis Aſtrorum vehiculum, lumenque tranſmittit penes obiecta materiata, vt Aſtra, & terram; cum ergò illud lumen Stellarum in Galaxia per eamdem Galaxiam terminetur, neceſſario hic lacteus Circulus erit materiatus, aliamque in ſe materiam retinebit præter expanſum. Roboratur hoc ratione optica; nàm eo loco quo apparuit Stella in ſede Caſſiopeæ à Tychone reperiebatur quidam hyatus, cuius ſimilem conſpicimus nùnc in pectore Cigni loco vbi noua Stella apparuit 1600. Si igitur lacteus circulus ſolùm fuiſſet collucentia Stellarum in dicto loco, nil

po-

potuiſſet abſumi, aut deperdi, cum perpetuò eædem Stellæ perſiſterent, & eædem cauſæ, vt prius ſplendorem emittentes; hinc cauſis nullo modò mutatis hyatum illum, ſeù atram concauitatem nòn reliquerent: effectus verò h ſubſequuntur, quia ibi præter Stellarum collucentiam, alia reperitur cauſ materialis. Innuit præterea ex hoc loco præparari materiam hanc Phæno menom; quod nullibi locorum in Cælo generantur, niſi circa viam lacteam vt patet de tribus Stellis dictis, Cometiſque pluribus. Tranſit lacteus circu lus per Caſſiopeam, Cignum, Aquilam volantem, Sagittam Sagittarij, Cau dam Scorpij, Centaurum, Argonautm, Pedes Geminorum & Aurigam, & Perſeum.

Circa motus rationem Stellæ de nouo genitæ aliarum Stellarum fixaru motu cientur, raptu ab Oriente in Occidens, & peculiari Firmamenti ex O cidente in Oriens latitudine nuſquam mutàta. Cometæ verò à Primo mot re ductu circulari varios per orbem motus ſortiuntur, qui in prima appar tione ignoti ſunt, nec poterunt indagari in quàm Mundi plagam, per qu cæli Aſteriſmos ſint curſum directuri, niſi aliquot diebus effulſerint; moue tùr duobus motibus, ab Occidente in Oriens, & ex Auſtro in Septemtrione vel è contra, retinentes ſemper Tellurem pro Centro. Recenſentur plu marum ſpecierum à Plinio 2. natur. Hiſtor: ſed vt plurimum caudati, vel c niti in Mundo contingunt, quorùm crines, & caudæ ortum ducunt à pro ctione radiorum Solarium per Cometarum corpus tranſparentium; conc runt namque ad Caudæ, Criniſque productionem radij Solares, & materi ex qua Cometa eſt genitus, expanſum videlicet, ac radij Aſtrorum; agen enim radij Solares in materiam illam Cometicam eam atterunt, ſubtilior que partes extrà Cometæ corpus proijciunt in aduerſam Solis partem, eaſ à capite Cometæ, & cauda nòn ſegregando, donec paulatim atterendo ab ſumat, quod eſt veriſſima cauſa decrementi Cometarum, vt alibi diximu

Finis horum Phænomenum (& numquàm Cælo ſpectatum impune Com ten) alterius eſt conſiderationis.

DE SPERA, ET IN EA CIRCVLI Cap XVIII.

CVM firmiſſimum ſit Aſtronomicam ſcientiam omninò ducere ori nem ab obſeruationibus, conſpicientes Philoſophi ob Vitæ term num breuiſſimum (præter difficultates plurimas, quę ratione Inſt mentorum, ac alia impedimenta in obſeruationibus contingun non poſſe intellectum humanum quotidie tanta in Cælo experiri, motus, ſtantias, paſſiones, atque reliqua; ad Spheræ materialis conſtructionem uenere, qua ſingula, quæ in cælo imaginamur, oculis ſubijcerentur in terr & conſpicerentur lucidiſſimè ſicut in Primo Mobili; cuius conſtruction *tribuit Plinius* Anaximandro Mileſio, alij Atlantem, plerique Herculem

cui nt

unt authorem; Archimedes ex vitrea materia ſpheram conſtidit cum omnibus Circulis Primi, & Secundorum Mobilium (quod incredibile videtur) in
a ſolius rotæ circumuolutione omnes motus Planetarum, & Primi Mobilis eliciebātur; maximum debemus antiquis ob tantam inuentionem, cum
elum palpemus manibus, iſtuque oculi diſtantias locorum Cæli, & reliqua
mnia conſpiciamus, ac ſi in Cælis degeremus; Sphera enim materialis eſt
ſtrumentum rotundum ad ſimilitudinem Cæli fabricatum, in cuius conuexa
perficie Circuli Primi Mobilis, Stellæ, & Stellarum Aſteriſmi exprimuntur,
ibus Circulis Cælorum motus, totiuſque Mundi ſitus explicatur.

Diximus de Stellis, nunc de Circulis diſſerendum eſt. Circulus ergò eſt
ripheria deſcripta in ſuperficie ſpheræ ex Polo tanquam ex Centro, vt intelligi apparentiæ, & ſaluari poſſint.

Imaginamur in Primo Mobili decem Circulos, ſex maximos, & quatuor
inores; Circuli maximi ſunt, qui tranſeuntes per Centrum ſpheræ diuidunt
im in duo ſegmenta æqualia ſeù duo hemiſpheria, ſuntque Circuli Aequinoctialis, Zodiacus, Horizon, Meridianus, Colurus Solſtitiorum, & Colurus
equinoctiorum. Circuli minores ſunt, qui non ambientes ſpherā circa Centrum diuidunt eam in duas partes, & duo ſegmenta inæqualia; ſuntque Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, Circulus Arcticus, & circulus Antarctis; de quibus omnibus breuiter diſſeremus.

DE CIRCVLO ÆQVINOCTIALI, de Declinatione, & Aſcenſionibus, & alijs. Cap. XIX.

CIRCVLVS Aequinoctialis dictus Aequator, & Cingulus Primi Mobilis deſcribitur à linea recta à Centro Mundi extenſa ad principia Arietis, ac Libræ Primi Mobilis; ex cuius lineæ circumductione deſcribitur in die naturali circulus maximus æquidiſtans à Mun- Polis gr. 90. ſeù quarta parte circuli vtrinque. Eſt hic Circulus menſura imi motus cum demonſtret Primum Mobile 24. horarum ſpatio circumlui. Eſt menſura temporis cum ex vnica eius reuolutione, addita portio quam Sol peragrat motu proprio ex Occidente in Oriens, conſtituatur dies turalis. Definit quantitatem diei, & noctis artificialis, cum tanta ſit dies, antus arcus æquatoris aſcendens ſuprà terram, dum Sol ſupra terram comoratur. Diuidit Zodiacum in duas partes; ſic cælum, & terram in partem ſtralem, atque Septemtrionalem, cuius ope longitudines, ac latitudines uitatum indagantur. Ex eius arcu cognoſcimus tempora Ortus, & Occaſ omnium punctorum Zodiaci. Ab ipſo Aequinoctiali ſumuntur Declinatioes, cum Declinatio ſit arcus Circuli magni interceptus inter Stellam, vel iud punctum Eclipticæ, & Circulum Aequinoctialem. Interſecat Zodia-

cum, & Eclipticam in principio ♈, & ♎; cuius maxima obliquitas eſt g 23. 31'. 19''. obſeruata Romæ 1622. in Solſtitijs æſtiuo, & Hiemali; nã differentia altitudinum Solis Meridianarum erat gr.47. 3'. 38''. cuius dim dium eſt vera Eclipticæ obliquitas maxima. Quomodò venetur declinat cuius libet loci Zodiaci explicatur alibi.

Aſcenſio eſt arcus æquatoris numeratus à ſectione vernali, ſeù principio ♈ ſecundum ordinem ſignorum vſque ad Horizontem, dùm Stella, vel ali Cæli punctum oritur. Deſcenſio eſt arcus æquatoris numeratus à principio ♈ vſque ad Horizontem dùm Stella, vel aliud punctum occidit; hinc Aſcenſi nes, & Deſcenſiones ſunt arcus Aequinoctialis, qui cum Cæli puncto ſup Horizontem aſcendere, ſeù ſub deſcendere dicuntur. Ex diuiſione Sphe in rectam, & obliquam diuidimus Aſcenſiones, Deſcenſioneſque in rectas, obliquas; In Sphera recta, & ſub Aequinoctiali vtimur rectis; obliquis ſphera obliqua ab Aequinoctiali vſque ad Polos, & 90 circuli conſtituunt De his in epitomis copioſè tractamus, ac in Tabulis nòſtris Primi Mobili in quibus faciſſimè Aſcenſiones, Deſcenſioneſque ſupputantur tàm rect quàm obliquæ à primo gr. Altitudinis Poli, vſque ad 60. In epitomis verò o Trigonometriæ, & Tabulis Sinuum, Tangentium, & Secantium.

Differentia Aſcenſionalis eſt arcus, quo Aſcenſio recta diſtat ab obliqu extant tabulæ ad omnem Poli eleuationem.

DE HORIZONTE, ORTV, ET OCCAS Stellarum, vel partium Eclipticæ. Cap. XX.

HORIZON eſt circulus diuidens Hemiſpherium ſuperius ab in riori, qui concipiendus eſt immobilis, ſicut Meridianus; diuidit in rectum, ac obliquum, habent Horizontem rectum habitan in ſphera recta, & ſub AEquinoctiali, obliquum quibus Polus e uatur ſupra Horizontem. Manifeſtat hic circulus puncta Ortus, & Occa omnium ſyderum. Vndè ſciendum, quod triplex eſt ortus Coſmicus, Ac nicus, & Heliacus, quotuplex eſt etiam Occaſus.

Ortus Coſmicus, ſeù mundanus eſt; quando Stella vna cum Sole ſupra I rizontem emergit. Occaſus Coſmicus eſt, quando Stella in Horizonte cultatur Sole in Oriente conſtituto.

Ortus Acronicus, ſeù veſpertinus eſt, quandò Stella emergit ſupra Ho zontem Occidente Sole. Occaſus Acronicus, quandò Stella vna cum So occultatur in Occidente.

Ortus Heliacus eſt, quandò Stella (quæ propter Solis viciniam non co ſpiciebatur) incipit conſpici in Oriente. Occaſus Heliacus eſt, quan Stella prius conſpiciebatur, opreſſa à Solis radijs ampliùs non conſpicitur,

Am-

Amplitudo ortiua, ſeù latitudo eſt diſtantia ortus Stellæ, vel alterius pun-
i eclipticæ ab ortu Aequinoctiali, quo loco Sol oritur in Aequinoctijs prin-
pio ♈, & ♎, eadem ſunt intelligenda de amplitudine, & latitudine occi-
ua, cum amplitudo ortiua alicuius loci ſit æqualis occiduæ eiuſdem loci.

DE ZODIACO.

Cap. XXI.

ZODIACVS eſt circulus proprijs Polis deſcriptus interſecans æquatorem in duas partes, quarum altera vergit verſus Septemtrionem, altera verſus Auſtrum; eius Poli diſtant à Polis Mundi quanta eſt maxima eius declinatio ab Aequinoctiali, ideſt noſtro æuò gr. 3. 32'. Vocatur ſignifer, & circulus obliquus; eſt menſura motus Planetarum, fixarumque ab Occaſu in Ortum, & cum tam in recto, quàm obliquo Horizonte obliquos angulos conſtituat; cauſa exiſtit omnis viciſſitudinis temporum anni, inæqualitatis dierum, ac noctium, & irregularitatis Ortus, Occaſuſque ſignorum. Solum Zodiacum latum conſtituerunt Antiqui gr. 12. reſpicientes ad latitudinem Planetarum, quæ paulò maior obſeruata erat gr. 5. nunc verò cum latitudo Veneris exiſtat plus gr. 9. ſi ad hanc cauſam reſpicimus deberet 20. gr. latus haberi, decem vtrinque. In medio Zodiaci collocatur linea ecliptica, via ſolis, à qua tam verſus Auſtrum, quàm Boream numerantur latitudines; Diuiditur ſicut omnis alius circulus in gr. 360. & duodecim partes, quas vocant ſigna ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ ſic vocata ob ſimilitudinem cum animalibus, vel propretatem; quodlibet ſignum cõtinet gr. 30. quilibet gradus 60. minuta; quodlibet minutum 60. ſecunda; ſecundum 60. tertia: & ſic deinceps pro libito.

Dicitur ecliptica eo quod Luna iuncta Soli, vel oppoſita in illa linea eclipſes contingant; eius Polus Borealis eſt inter Vrſam minorem, Collum Cygni, inter Coronam, & Caſſiopeam. Auſtralem dicunt eſſe intra Argonauem, ſub Conſtellatione Piſcis Dorado, ac in loco obſcuro.

DE COLVRIS.

Cap. XXII.

COLVRI ſunt circuli maximi ducti per Polos Mundi, & quatuor puncta Cardinalia ♈ ♎ ♋ ♑; interſecantes ſe ad angulos rectos ſphærales in ipſis Polis; diſtinguunt æquinoctia, & ſolſtitia; quatuorque anni tempora conſtituunt ex ingreſſu Solis in ipſa puncta cardinalia. Colurus ſolſtitiorum ducitur per Polos Mundi, & puncta ♋ ♑ vbi fiunt ſolſtitia: in ♋ ſolſtitium æſtiuum, quia ibi Sol exiſtens non poteſt ampliùs accedere ad Zenith; in ♑ Hibernum vbi Sol non poteſt magis à no-

bus recedere. Colurus æquinoctiorum tranſit per Mundi Polos, & princip ♈ ♎. vbi fiunt æquinoctia, dieſque ſunt noctibus æquales.

DE CIRCVLO MERIDIANO.

Cap. XXIII.

MERIDIANVS eſt circulus tranſiens per Polos Mundi, & ve ticem Capitis noſtri, ad quem circulum cùm Sol motu Pri Mobilis peruenerit, eſt Meridies; vocatur Cardo, cuſpis, dom regia, Mediũ cæli, domus Decima in Themate cæleſti. Me diani tot ſunt concipiendi quod ſunt Zenith, ſeu puncta verticalia ab ortu occaſum, hinc infiniti, & vna eademque Ciuitas plures obtinebit; parua t men diſtantia, cùm parum variet Meridianum, non magnifit, ita vt ex Pr clo vix contingat variatio ſenſibilis in milliarijs 37. ½, quæ comprehendu differentiam Meridiani in circulo maximo min. 36 ex gradibus 360. Coſm graphi & Ptolomæus deſcribunt Meridianos per Polos Mundi, ac gradus æqu toris quo fit vt ſint 180. Meridiani, cum quilibet tranſeat per duos gradus o poſitos; Incipimus numerare ab Inſulis Canarijs, ſeu Fortunatis ſitis in occ dente. Longitudo Ciuitatis eſt arcus æquinoctialis interceptus inter du Meridianos; de quibus in Cathalogo Ciuitatum, & locorum.

DE CIRCVLIS MINORIBVS TROPICI Polaribus, & Zonis.

Cap. XXIV.

CIRCVLI minores qui non diuidunt Sphæram in partes æqua ſunt, vt diximus, Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, Circul Arcticus, & Antarcticus. Tropici ſunt limites Solis includentes cælo regionem extra quam Sol nunquam euagatur, diſtantq; ab A quinoctiali gr. 23. 31. quanta eſt Solis maxima Declinatio, quam conſtitu in parte ſeptemtrionali Tropicus Cancri, in Auſtrali Tropicus Capricorn

Polares ſunt circuli ducti per Polos Zodiaci, diſtantes à Polis Mundi gra 23. 31. quantum ſcilicet diſtant poli Mundi à Polis Zodiaci, Circulus Arc cus circumdat Polum Arcticum; Antarcticus Polum Antarcticum.

Per hos circulos Polares, ac Tropicos diuiditur cælum in quinq; partes, Zonas, & ex cælo partes terræ directè ad perpendiculum partibus cæli ſubi centes; torridam vnam, temperatas duas, totidemque frigidas; quas pr prietates ſortiuntur ex vicinitate, vel diſtantia ab itinere ſolari; Torrida n pè, quia perpendiculari Solis itineri ſubiecta, radios eius rectos, & valid ſuſcipiens calidiſſima eſt; frigidæ quia vt ab orbita Solis remotiſſimæ obl

quos

ios Solis radios recipientes nequeunt excaleſieri; & temperatæ quia Soli acceſſu, receſſuque radiorum modò rectorum, modò obliquorum vibratione, viciſſitudines caloris, & frigiditatis diuerſo tempore experiuntur. Torridæ medium eſt quælibet regio ſubiecta Circulo æquinoctiali; terminum vero obtinet ab vno ad alterum Tropicum; hinc cum Tropicus diſtet ab æquinoctiali gr. 23. 32. vtrinquè, erit lata Zona torrida gr. 47. 4'. & milliarijs 3324. Temperatæ principium obtinent à Tropicis, terminaturque in Polaribus, quarum diſtantiæ ab vtroquè latere ſunt gr. 42. 56'. cum tot diſtet Tropicus à Polari, & milliarijs 2576. Frigidæ incipiunt à circulo Polari, terminanturque in Polo à quo diſtant gr. 23. 32'. & milliar. 1412.

In Zona torrida duæ ſunt æſtates, Sole per Zenith tranſeunte in æquinoctijs; duæ hyemes, ſeu potius remiſſiones caloris, in ſolſtitijs quippè; hinc perpetua æſtas ferè habenda eſt. Diei feruores refringuntur aliquantùm noctis temperie, aſſiduis imbribus deſcendentibus, nubibus, aura frigida flante ex altiſſimis montibus, vmbris arborum, ædificiorum, itaut aſſerant habitatores inibi eſſe iucundiſſimam habitationem, & ſuauiorē pro ratione hoc nostro tractu Italiæ; ad ſunt ibi Aurea Cherſoneſus, Inſula, S. Thomæ, noua Guinea, partes Peruanæ, Magellanicæ, AEthiopia, aliæque regiones, prout conſpici in Mappa Mundi. Habitantes ſub medio Zonæ torridæ ęqualiter à Polis diſtantes, qui incumbunt Horizonti, perpetuo fruuntur æquinoctio; Stellæ eis æqualiter occidunt, & oriuntur; vmbras conſpiciunt Occidentalem, Orientalem, Auſtralem, & Borealem, prout Sol circumuoluitur, & etiam perpendicularem, vocanturque Amphiſcij, quia vmbram tàm versus Polum arcticum quàm Antarcticum, dextram, & leuam obſeruant. Inter æquinoctialem, & Tropicos, bini ſunt dies, quibus Sol tranſiens per verticem maximum ęſtum generat, Hyems eſt vna breuis, ęſtates ferè duę vniũtur, intermediamque hyemem euaneſcere faciunt, vnde eſt æſtas quaſi perpetua.

Sub tropico vnica obſeruatur æſtas, & vnica hyems, cumque dies æſtiua ſit longior commorante Sole diutius ſupra terram propè verticem intenſiores calores ſentiuntur, quam ſub AEquinoctiali. Dicuntur incolæ Heteroſcii, cum vna tantum Vmbra fruantur in ſeptemtrionem, vel Auſtrum pro ratione Tropici Cancri, vel Capricorni; quamuis retineant etiam Occidentalem, Orientalem. & perpendicularem. Obſeruant noctium, ac dierum artificialium inæqualitatem; Stellæ ſub Polo Arctico ſunt perpetuæ apparitionis incolis ſub Tropico Cancri, ſicut Antarctico occultæ; & è contra incolis ſub Tropico Capricorni latent Stellæ ſub Polo Arctico, conſpicuis perpetuo ſub Antarctico perſiſtentibus.

Inter Tropicum, & Polarem (loquimur nunc de partibus ſeptemtrionalibus cum eadem dicenda ſint de Auſtralibus) in Zona temperata quo magis habitatio recedit à Tropico, eo diſtantius recedens Sol à vertice minus excalefacit, & dies, noctesque gignit inæqualiores; Sol enim numquam eſt verticalis, eius altitudo Meridiana ſemper eſt Auſtralis; ſingula æſtate, & hyeme fruuntur, ſic Vmbra Orientali, Occidentali, ac Septemtrionali ideſt dextra;

vo-

vocanturque etiam Heteroſcii. In fine regionis temperatæ, & principio fri gidæ vbi Polus eleuatur gr. 66. 28. Loquimur, de Boreali, & cuius Zeni eſt circulus Arcticus, omnes Stellæ, quæ ſunt à Tropico Cancri vſque ad P lum ſunt perpetuæ apparitionis, è contra quæ ſunt à Tropico Capricorni Polum anctarcticum perpetuæ occultationis; quando Sol eſt in principio dies eſt 24. horarum, ſic quando eſt in pr. ♑ nox etiam horarum 24. habe quatuor vmbras incolæ, & incipiunt eſſe Periſcij, ideſt contra vmbratile quod illis vmbra circumferatur.

In medio Zonæ frigidæ ſub Polo Arctico Sphera eſt parallela, nam Ho ti vnitur æquinoctialis; vnum Hemiſphærium ſemper conſpicitur, alter ſemper eſt occultum; dies eſt ſex menſium, quando Sol eſt in ſignis Bore bus; ſic nox totidem, quando eſt in Auſtralibus; Antiqui exiſtimarunt in h bitabiles regiones, quæ re vera habitantur; quemadmodum credimus in cis oppoſitis, & Polo Antarctico adhuc non cognitis.

Adſunt etiam Periœci, Antœci, & Antipodes. Periœci, qui habitant ſi eadem Zona, eodem Meridiano, & locis oppoſitis eiuſdem Paralleli, vt A. B. C. D.



Antœci dicuntur contra habitabiles, & quantum vertex vnius verſus ſeptentrionem voluitur, tantum alterius verſus Auſtrum, vt A. C. B. D.

Antipodes quaſi pedibus obuerſis incedentes, qui habitant ſub communi Meridiano, & locis terræ diametraliter oppoſitis, vt A D. B. C.

Præter hos decem circulos ſunt plerique alij vt.

Verticales qui per verticem alicuius loci deducuntur ad puncta Horiz tis, quibus inquirimus diſtantiam Stellarum à quacunque Horizontis plag & vocantur Azimutha.

Circuli altitudinum dicti Almucantarath., qui interſecant Verticales, q bus metimur diſtantias, & eleuationes Stellarum ſupra Horizontem.

Circuli poſitionum, qui tranſeunt per communes ſectiones Horizontis, Meridiani, & per Centrum Stellæ.

Circuli domorum, quibus ſecamus cælum in 12. partes, & domicilia.

Circuli Declinationum, ducti per Polos Mūdi, & puncta ſingula æquator

Circuli Latitudinum, ducti per Polos ecliptícæ, & ſingula eius puncta.

Circuli horarij, diuidētes Cęlū in partes 24. alijq; de quibus alibi copioſ

DE ANNO, ET EIVS PARTIBVS. Cap. XXV

DVPLEX annus ab Aſtronomis vſitatur, ſydereus, & Tropicus, vertens. Sydereus ethymologiam ſumens a ſydere, eſt ſpatium Sol ad eandem Stellam regreditur completo circulo. Tropicus Sol peragrando totum Zodiacum redit ad eundem eclipticę punctum, col

ſol-

ſtitiorum, ſeu æquinoctiorum diebus 365. hor. 5. m. 49. Ingreſſus Solis in puncta cardinalia ♈ ♋ ♎ ♑ conſtituunt quatuor tempora anni, Veris, Eſtatis, Hyemis, Autumni; quodlibet tempus tres Menſes continens, ac inde ſimul Menſes duodecim. Diuiditur item dies in artificialem, & naturalem; naturalis dies eſt integra reuolutio ſupra terram circuli æquinoctialis, cum portione, quam eodem temporis ſpatio Sol peragrat in Zodiaco m. 59. 8″. ſcilicet; quæ reuolutio diem complectitur, ac noctem. Dies artificialis eſt totum temporis interuallum, quo Sol omni refractione ablata conſpicitur ſupra Horizontem; ſicut nox artificialis eſt ſpatium quo Sol obiecta luce quacumquè crepera, & ſplendore cræpuſculi, latitat ſub Horizonte; dies naturales ſunt ob plures cauſas inæquales, & dicemus libro. 2.

DE PARALLAXIBVS. Cap. XXVI.

IN capite de Sole, & Luna, & alibi facta eſt mentio Parallaxis, ob id aliqua breuiter diſſeramus. Parallaxis diuerſitas aſpectus, aberratio viſus eſt Aſtrum, vel aliud Phænomenum oculis noſtris in Cęli loco apparere, in quo reuera non reperitur; pro cuius intelligentia ſciendum, quod omnia loca ſuperiora à Telluris Centro moderantur; cumque nos conſpiciamus ſydera à ſuperficie Telluris, quæ diſtat à Centro milliarijs 3440. neceſſariò diuerſus erit locus deſignatus per lineam rectam à centro terræ, ac ab eiuſdem ſuperficie: hæc autem differentia vocatur parallaxis; Cæterum diuerſitas hæc accidit ſolummodò in locis cum quibus Telluris corpus aliquā retinet proportionem, ſecus in alijs vt Sphera fixarum, cuius reſpectu terra inſtar punctum inſenſibilem obtinet quantitatem, ſic in locis Saturni, & Iouis, in quibus coincidit locus deſignatus per lineas rectas à Centro, ac ſuperficie Telluris; Parallaxim experitur maxime regio, & corpus Lunare, quod cum terra obtinet ſenſibilem proportionem; nam conſtituta Luna in Perigæo, circa Horizontem patitur Parallaxim. m. 66. & quamuis propè verticem Parallaxes etiam contingant proportionales ſinubus diſtantiæ à vertice; Stella quò magis eſt Horizonti propinquior, eò maiorem recipit Parallaxim; Luna igitur Parallaxim patitur, aliaque phenomena in eius Regionem genita: Sol patitur m. 3. ſe. è; contendunt Martem in Solis oppoſito m. 4. experiri; ſic Mercurium, & Venerem paruam, excluſis omnino Saturno, Ioue, Fixis, & Cenitis in earum Regionibus; Parallaxis Stellam deprimit, oſtenditque humiliorem, quam exigat calculus Aſtronomicus; extant tabulæ Parallaxium.

DE REFRACTONIBVS. Cap. XXVII.

SYDERA tàm fixa, quam erronea, propter ſurſum à terra eleuatos vapores circà Orientalem, & Occidentis plagam, noſtris oculis occurrũt refractè, nec directè, apparentque ex inſtrumentis Mathematicis altiora quam re vera ſint; immò ſupra terram aliquandò, cùm Aſtronomico calculo, & tabulis ſupputata ſub Horizonte perſiſtunt; nec mirum: mul-

multa enim refractis radijs nos conſpicimus, quæ directis alias videri eſſe impoſſibilia, vt patet oculariter in Denario, vel alio in Vaſis alicuius fun collocato: ſi namque ſic poſito recedamus à Vaſe quouſquè denarius ob la ra vaſis interpoſita conſpici non poſſit; repleto vaſe aqua, vel alio liquor ſtatim viſui noſtro denarius idem alias occultus præbebitur conſpiciendu quæ eadem contingere Stellis experimur, quæ eleuatiores à terra conſpec citiùs oriuntur, ocyuſque occidunt, quàm exigat calculus Aſtronomicu Tantæ apparentiæ cauſa non vltra aerem petenda eſt, cum contingat ta tummodò ratione denſi, & craſſioris diaphani, necnon proiectionis obliqu radiorum; nàm tàm Solis, quam aliorum Aſtrorum radij, ex ſe ſunt lineæ ctæ, cùm obliquè incidunt in aeris craſſioris ſuperficiem deorsùm, & intr sùm refranguntur; hinc corpora ex quibus proficiſcuntur apparent eleuatior quæ paſſiones in regione etherea contingi non poſſunt, quæ tenuiſſimæ eſſe tiæ omnis eſt refractionis expers, ac reuibrationis; craſſius ergo diaphanu obliquitaſque incidentiæ radiorum refractiones gignit, hinc Stellæ in decl uiori ſitu, & propiùs lineæ Orientali maximè refractionibus ſubijciuntur, illæ partes vaporibus ſcateant præcetero Cæli quadrante. Primus Tyc mortalium materiam de refractionibus enucleauit, cum proſpectiui Vitelli Alhazenus vmbratilem ſolùm cognitionem nobis dereliquerint. Conſc pſit Tycho primo Proginaſmatum tabulas refractionum ſolis vſque ad altit dinem gr, 45. fixarum ad gradum 20. ſupra Horizontem, quas credimus c gruentes Daniæ, & proximis locis, ſecus alibi, nam in locis depuratiorib ab exhalationibus verſus AEquatorem, & ob minorem obliquitatem incide tiæ radiorum minor obſeruabitur refractio; ſic in regionibus Polo vicinio bus ob aeris craſſitiem, incidentięque radiorum obliquitatem maximas fie refractiones docuit experientia Hollandorum, qui annis proximè elapſis h bernantes in noua Zembla ſita intra circulum Arcticum, cuius Poli eleuat eſt gr. 78. cum tribus menſibus continuis præſentia Solis caruiſſent à die Nouembris ad 11. Februarij, Solis effigiem ante 17. dies quam calculus Aſtr nomicus exhiberet ſupra Horizontem conſpexere, ex quibus refractiones pl gradibus quinque excreſcentes Tychonis obſeruationibus ſunt experti.

In Meridie non contingunt refractiones; ſed in Sole, & Luna eleuatis 4 grad. ad ſummum, & maioribus ex Tychonem m. 34. In Stellis eleuatis ſ pra Horizontem ad ſummum gr. 20. & m. 30. plura alibi.

FINIS PRIMI LIBRI.

ASTRO-

ASTRONOMICORVM LIBER SECVNDVS.

N QVO DE ANNI MVNDI REVOLVTIONIBVS, Aeris, & Temporum mutationibus, de Præceptis obſeruandis in Medicina Agricultura, & Nautica Tractatus extant.

PROEMIVM.

IN Ephemeridibus noſtris Copernicæis Romæ primò, Venetijs deindè Impreſſis ex Antiquorum, recentiorumque placitis extat tractatus de aeris, & temporum mutationibus quem in Aſtrophilorum vtilitatem maximè auctum, ac amplificatum libuit in his nouis Tychonicis inſerere, ex cuius præceptis ſincerè obſeruatis; quoad fieri poterit, in Arte hac coniecturali ſine errore auræ, & temporum mutatio-
es, alterationeſque elicientur; præter al a plurima circa Annorum Mundi
uolutiones, quæ in alijs Ephemeridibus non reperiuntur; quod maximum
bendum eſt; cum hæc conſideratio ſit omnium Aſtronomiæ partium dif-
cillima, quæ non ab vno, vt aliæ; ſed à pluribus, diuerſis, iiſquè ambignis
rincipijs proficiſcatur; hinc non mirum ſi omnes, qui Aſtronomiam aliquo
ndamento profitentur hac difficultate perterriti raro publicum quid in lucē
odunt ſuſpitionem infamiæ euitantes; dependet quippè horum conſidera-
o, & præcognitio ex cæli virium, cæleſtiumque influxuum abſtruſa notitia;
uæ quam ſit difficilis fatentur Arabes dicentes ſingulis horæ momentis de-

ſcendere vigintiquatuor millia roboath cæli, & influentias, quæ diuerſa qualitates, vires, ac colores ſortiuntur; præterquàm quod ſit inter archan Dei Optimi Maximi connumerata; Prò huius ergò materiæ phiſica conten platione principia eius indaganda ſunt ex quibus huiuſmodi alterationes pro ducuntur, quæ accuratiſſimè enucleata hic ſubduntur. Dependet primò e Solis, Lunæ, ac reliquorum Planetarum coniunctionibus, & aſpectibus, cui ex eorum diuerſo ſitu in Zodiaci circulo, diuerſaque interſe habitudine om nis inferiorum generatio, corruptio, & alteratio proficiſcatur; depender maximè ex ortu, & occaſu fixarum Stellarum, vt experientia aſſidua exper mur; ex conſtitutione, ac ſitu Planetarum in diuerſis eclipticæ locis, quæ d uerſas retinent qualitates, & vires; ex quorum varietate Planetarum qu litates immutantur. Producunt alterationes varius Stellarum Fixarum ſitu motus earum, Stellæ verticales, quæ perpetuò eundem locum non retinen hinc plurimas regiones immutatas conſpicimus itaut non immeritò conten dant plurimi proceſſu longo temporis regiones, quæ nunc in temperiè maxi ma habitantur futuras intemperatas, & inhabitabiles; nos verò obſerua uimus illam Romæ non parum ſpatio quadraginta annorum à proprio ſtat immutatam: erat enim calidior. Dependent etiam aeris qualitates ex ſit regionum ad Occaſum, Ortum, Meridiem, & Septemtrionem; ſic ex diue ſo, vt campeſtri, montuoſo, in conuallibus, ex cuius ſitus diuerſitate obſe mus quotidie in eadem Regione, eodemque fermè temporis momento alil plure, & ningere, alibi cælum eſſe ſerenum cum auræ tranquillitate; Ve torum etiam afflatus præcipuam eſſe originem aeris mutationum dicemus i ferius, qui etiam non vbique locorum eumdem pariunt effectum, cum ijde in frigidis regionibus ſicci frgiora, & glacies producant, in calidis eſtus & calores intenſos; ſic nec eodem tempore anni cum Zephirus Hyeme niuer Aeſtatem adducat ſerenitatem, cum ex acceſſione caloris, aut frigoris nubi congregatio, vel diſſolutio oriatur ex quibus temporum contingunt diuerſi tates; quæ omnia breuibus perſtringemus, & nitidè in ſequentibus.

PERCIPIENDORVM RATIO.

Caput Primum.

OMNEM, & completam prærogatiuam in annorum Mundi reuo lutionibus, & præcipuè circa aeris, ac temporum mutationes tr buerunt, Antiqui Cæleſti figuræ introitus Solis in primum punct Arietis, & alteri erectæ horâ coniunctionis, vel oppoſitionis lum narium proximè antecedentis dictum ingreſſum, confiſi his tantummoc poſſe metheora ſingula, & reliqua totius anni accidentia prædicere, necno Aſtronomicam hanc partem ſine errore vberrimè exercere; recentiores ver plurimas experti fallacias, conſiderantes quatuor anni temporum qualitat diuerſas, eaſque ab infinitis penè cauſis alterabiles, nec poſſe ſingula à tan

paucis

›aucis principijs auſpicari, pluribus rem perſtrinxerunt neceſſarium ducen- es primò coniectari ſumma indagine, quæ toto anno generatim, & in qua- uor anni temporibus Verè ſcilicet, Aeſtate, Autumno, & Hyeme ſint con- ingenda; quæ deindè ſingulis menſibus, & Lunationibus; quæ poſtremo ualibet die particulari, quæ ſedulus Artifex ſumma felicitate aſſequitur, ſi ›ræcepta obſeruauerit, hancque materiam rationis ductu tractauerit Arabū ›hylaterijs non inuolutus.

Pro qualitatibus ergò quatuor anni quadrantum, atque eorum diſpoſitio- ›ibus venandis octo cæleſtes figuræ conſtruendæ ſunt, quatuor in introitu So- is in puncta Cardinalia, duo æquinoctia ♈, ♎, & duo ſolſtitia ♋, ♑; qua- uor item erectæ momento coniunctionum, vel oppoſitionum Luminarium ›roximè præcedentium dictos Solis ingreſſus, ex quibus quatuor anni tempo- a conſtituuntur; ex introitu enim in primum punctum ♈, Ver natura cali- um, & humidum conſurgit incipiens die 21. Martij circiter, perduranſq; uouſquè Sol peragratis vernalibus ſignis ♉, ♊, ingreditur die 22. Iunij ſi- ›num ♋, à quo eſtas incipit calida, & ſicca, quæ vſquè ad 23. Septembris ›rotrahitur; quo tempore Sol ſcandens Libræ principium conſtituit Autumnū ›igidum, ac ſiccum; & tandem 23. Decembris ex ingreſſu in ſignum ♑, Iyems aduenit frigida, & humida extenſa quouſquè Sol iterum ♈ ſignum ›grediatur in ſequenti AEquinoctio.

Ex his octo figuris qualitates anni temporum eliciuntur, coniectaturque n futuræ ſint naturalibus eorum qualitatibus congruentes, an diſſimiles, vt n Ver futurum ſit calidum, & humidum, an humidius, an ſiccum, an ven- ›ſum, vel alterius generis; an AEſtas calidiſſima, an temperata, & pluuijs requentibus eius calor diminutus; Autumnus an frigidus, & ſiccus, an plu- ioſus; Hyems an frigidiſſima an ſuauis; & tandem, an temporum qualita- es futuræ ſint intenſæ, remiſſæ, vel temperatæ; Pro quo negotio in figuris nnaratis conſideranda ſunt loca luminarium, Aſcendens, & in figuris con- ›nctionum angulus ſequens loca luminarium, ſicut in oppoſitionibus angu- ›s ſuccedens luminari validiori, conſpiciendo ſignorum qualitates, an fixa ›mmunia, æquinoctialia, ſolſtitialia, an recta, an obliqua, quos Ventos ›mmoueant, aliaque neceſſaria; ſic videndo dominantes Planetas in lis locis facto diligenti ſcrutinio in eſſentialibus dignitatibus; Planetarum ›em naturas, qualitates, & quorum ventorum ſint commotores, eorum di- ›oſitiones an fortes, an debiles, occidentales, orientales, in angulis, an xtra, in ſuis dignitatibus, an peregrini, in Apogęis, vel Perigęis, coniun- ›i alijs corpore, vel radijs, cum quibus fixis Stellis congrediantur, oriantur, el occidant, an Planetę dominatores ſint plures, an vnus; nam eorum, & gnorum mixtionibus conſideratis omnibuſque ritè perſpectis haud erit dif- cile condere prognoſtica in arte coniecturali non ſpernenda; conſideratis ›men ſummo ſtudio eclypſibus, ſi quę eo anno contigerint: ex ipſis enim ma- ni, ac euidentes prodeunt effectus, vt contendit Ptolomęus, & docemur ex- ›erientia. Si namque exempli gratia in ęſtate dominatores ſint calidi, & ſic-

ci, in locis eiuſdem naturæ coniuncti cum Stellis calidis vt Regulo, vel ſi-libus, procul dubio AEſtas erit ſolito calidior, & ſiccior; quæ eadem dic-da ſunt de alijs anni quadrantibus.

Facto ſcrutinio generatim qualitatum aeris in quatuor anni temporibus, veniendum eſt ad cuius libet menſis, & quatuor hebdomadum qualitates iectandas, conſtructis nimirum figuris ſingulo menſe in ☌, ☍, & □ Luminum; in quibus enarrato ordine colligendi ſunt dominatores, & ſecundi eorum diſpoſitionem circà qualitates iudicandum, ſtabili ſemper conſide-tione qualitatis in quatuor Temporibus demonſtrata; nàm particulares aſ-ctus luminarium, Planetarumque concurſus inter ſe, ac alia conſideranda i his partibus menſis intendent, & remittent qualitates demonſtratas à ſigni-catoribus generalibus: ſed nòn delebunt. Perpendendæ ſunt deinùm a mutationes, quæ contingent diebus ſingulis, & hæc ex varijs luminariu, ac Planetarum reliquorum aſpectibus, congreſſibus cum Stellis fixis, fixar ortu, & occaſu, qui maximæ ſunt conſiderationis; alijſque prout explica-tur inferius: ſic enim condetur prognoſticum de qualitatibus anni Tempori Veris, AEſtates, Autumni, & Hyemis generaliter, particulatim verò ſin-lis Lunationibus, in ſingulis hebdomatibus, & diebus; & ſi lubebit ſcrupu-ſius indagare etiam de dierum partibus, cum aeris commotio per horas ciatur ex itinere luminarium per cæli angulos.

Circà hæc ſciendum primò, quod innuit Ptolem. 2. Quadripar. ex qua ſcilicet die ante Luminarium coitum, & quarta poſt vt plurimum haberi o-nes ſignificationes temporum mutationum, quod etiam Plin. lib. 2. cap. 4 refert ex Antiquis Obſeruatoribus; quibus temporibus conſideranda eſt L-næ conſtitutio, ac habitus ad Planetas ſingulos, & reliqua ſicut in ſuperi ſcrutinio.

Sciendum ſecundò qualitatem ſingulorum dierum cognoſci præcipuè ex o-tu, & occaſu fixarum, non ſecus ab aſpectibus Lunæ cum Planetis, ob id ſu-ma diligentia notandi ſunt dicti ortus, occaſuſque in tua Regione quos e-ctus producant; nam non vbique locorum eundem generant effectum, c experientia varient indiuerſis Regionibus manifeſtè.

Sciendum vltimò, quod licet aliquandò ſint plures fixæ, quæ oriantur, occidant, illa ſtella eſt conſideranda, quæ primò incipit apparere, vel prir abſcondi ſub Hemiſpherio. Sic cum Stellarum ortus, vt Caniculæ, Arctu & aliarum pluribus diebus effectus pariant, occaſus verò ſola die circite mutatio debet attendi in prima die ortus, vel proximè quod veriſſimum exp-ritur quotidiè.

DE

DE SIGNIFICATIS PLANETARVM IN AERIS conſtitutiones. Cap. II.

SATVRNVS diſpoſitor aereę conſtitutionis infrigidat, & conſtipat aerem, ne cum alijs inferioribus Solis calorem recipiat, exiccatque præſertim Occidentalis, cum Orientalis magis refrigeret; frigidam, & rigidam affert temporum conſtitutionem, parit glacies, tenebras, nebulas, tempeſtates in Mare, & Fluuijs, pluuias ſuperfluas, Hyeme niues, pruinas; anni tempora à ſuis naturalibus qualitatibus remouet ſua frigiditate alterando, remittit calorem æſtiuum, & frigus adauget in alijs temporibus; ægritudines in animantibus infert melancholicas, frigidas, longas, humorum defluxus, epydimiam, omnium penuriam ad victum neceſſariorum, & alia plurima aduerſa cum ſit naturæ deſtructiuus.

Iuppiter à iuuando dictus temperate calefacit, & humectat, Occidentalis magis calefacit, ſicut humectat Orientalis; aeris ſerenitatem parit, atque temperiem placidam; commouet Ventos Septemtrionales, ſalubres pro animalium, & germinum conſeruatione; contemperat qualitates intenſas tàm æſtiui caloris, quàm hybernæ frigiditatis, pluuias affert ſuaues, ſalubres; benè diſpoſitus omnium affert fertilitatem; malè diſpoſitus, vt peregrinus, in loco dèiecto, afflictus à maleficis qualitates ſuas beneficas remittit, quamuis ſemper eius vis aliqua ab Inferioribus temperata experitur.

Mars immoderatè calefacit Orientalis, ſicut exiccat maximè Occidentalis, adurit omnia; ventos mouet calidos, peſtiferos, tempeſtates adducit, grandines, fulgura, inundationes cum (vt dicemus) humectet aliquandò. Cum Mercurio turbulentos ventos adducit; hinc decernit nauium ſubmerſiones, naufragia, & in mari calamitates; oſtendit ex ſe aquarum diminutionem, defectum fluminum, & fontium, calorem immenſum, & ſiccitatem corrumpentem; æſtiuum calorem intendit, remittit frigus Hyemale; deſtruit animalia ad naturæ humanæ neceſſitatem inſeruentia, penuriam infert fructuum è terra naſcentium; morbos generat calidos, & ſiccos, febres tertianas, ardentes, acutas, ſanguinis eruptiones, inflammationes, morbos peſtiferos, mortes repentinas; aliaquè de ſui natura diſtemperata, atque malefica.

Sol generalis temporum mutationum ſignificator eſt, cum ex eius motu, acceſſu, receſſuque quatuor anni tempora cum ſuis naturalibus qualitatibus conſtituantur, quæ retinerent ſemper eaſdem qualitates à ſole tributas, niſi adeſſet alteratio ex congreſſibus ipſius cum alijs Stellis, & Planetis, qui tempora à ſua naturali temperatura diuertunt; calidus, ac ſiccus eſt temperatè, calefacit pluſquam eſicceť; nubes aliquandò affert reſoluendo, & attrahendo à Telluris corpore humiditates; benè conſtitutus congrediens cum alijs ſignificatoribus qualitatis aereæ ſerenitatem parit, & vbertatem omnium.

Venus humectat magis Orientalis, ſicut Occidentalis calefacit, quamuis

has

has qualitates temperatè retineat; ventos producit temperatos, pluuias ſi ues, humiditates leues, vt plurimum niſi adſit aperitio portarum; pollicet animantium ſalúbritatem, copiam ingentem fructuum, ſtirpium omniu vbertatem, omniaque cum felicitate cum ſit de natura Iouis, & benefica.

Mercurius dictus ſtylbon prout eſt naturæ verſatilis, & ancipitis ita aere diſponit ſecundum diſpoſitionem Planetæ cum quo congreditur; exi cat t men vt plurimum ob eius frequentem commiſtionem ſub Solis radijs præſe tim occidentalis; nàm orientalis calefacit; ex ſe autem dominium adſ ſcens Ventos turbulentos, inordinatos, varios generat, aliquando pluuia grandines, fulgura, tempeſtates, terremotus præſertim maleficis iunctu aut configuratus; malè affectus nauigationes infelices portendit, morbos p rimos, tabes, tuſſes, affectiones pectoris, conuulſiones, epylepſias, phre nitides, & ſimilia; cum bonis bona decernit.

Luna humectat præcipuè occidentalis, parum calefacit, omniaque co mouet; variat aeris qualitates, immutatque ſingulis menſibus pro varia Sole, & alijs ſyderibus habitudine, ac applicatione; nec excludenda omi nò à particulari ſignificatione præſertim commixta ſignificatori alio, & d mina locorum, quæ diximus, quandò continuatas pluuias portendit fortun ta bonas, ſicut ſalubritatem, & fertilitatem omnium; ſicut infortunata undationes, fructuum corruptiones, humiditates ſuperfluas, ac ægritudin plurimas. Ex habitu ad Solem à ☌, ad primam, frigefacit, & humecta à prima □ ad ☍, calefacit, & humectat; ab ☍ ad ſecundam □, calefacit exiccat; à ſecunda □, ad ☌, frigefacit, exiccatque.

Superiores Planetæ ideſt Saturnus, Iuppiter, & Mars in Apogæis orbiu eccentricicorum humectant, & refrigerant, nec multum excalefaciunt maximam diſtantiam à Sole à quo calorem, lumenquè ſuſcipiunt, ſicut Perigæis, quandò ob Solis viciniam exiccant, & excalefaciunt.

Mercurius, & Venus inferiores contrario modo ſe habent; nam tam Apogæis èccentrici, quàm Epicycli, ob Solis propinquitatem calefaciunt & exiccant; in ima verò Abſide refrigerant & humectant à Sole remotiore

Saturnus Iuppiter, & Mars quoad Epicyclia, & Solem orientales ſunt r buſtiores, eoque magis quo à Sole elongantur vſque ad primam ſtationem qua quouſque Soli opponuntur ſunt debiliores; ab oppoſitione ad ſtatione ſecundam ſunt nimis inbecilles, à qua quouſque occultantur ſunt validi: ſe minus, quam orientales. In Apogæis epicyclorum ſub radijs exiccant; a ortu matutino vſque ad primam ſtationem vbi incipiunt retrocedere hum ctant; à prima ſtatione vſque ad medium retrogradationis, & oppoſitu Solis Iuppiter, & Mars calefaciunt, Saturnus refrigerat; a medio retrogr dationis quouſque incipiunt dirigi, & ad ſtationem ſecundam exiccant; qua vſque ad occultationem magis infrigidant quàm exiccant.

DE

DE PROPRIETATE SIGNORVM ZODIACI. Cap. II.

DVPLEX concipiendus Zodiacus, alter in primo Mobili, alter in Sphæra fixarum ſeu octauo orbe, cuius ſignorum proprietates cum pateat eſſe immutatas à tempore Antiquorum, & Ptolomei, recenſibimus hoc loco, quæ recentiores Aſtronomi obſeruationibus improbarunt.

Primi mobilis ſignum eſt minus tonitruoſum, & magis grandinoſum quam tempore Antiquorum, & Ptolomei.

Eſt calidum ſignum cum ſiccitate mediocri.

Eſt temperatum, declinanſque aliquantum ad calorem, & ſiccitatem.

Eſt noſtro tempore nebuloſum non parens ſerenitatis tantæ, vt olim.

Eſt calidum, & ſiccum, ſuffocans, æſtuoſum.

Tonitruoſum, & prioribus ſeculis humidius.

Varium, mutabile, declinans ad ſiccitatem.

Tonitruoſum, igneum, ſed rimiſſius quam tempore Ptolomei.

Ventoſum, & humidius quam Antiquitus.

Temperatum; ſed aliquantum humidum.

Frigidum, aquoſum

Frigidum, ſed minus æquoſum, quàm olim.

Zodiaci octaui orbis, ſeu cæli ſtellati ſigna ob eius motum obſeruatum non congruunt cum ſignis Zodiaci primi mobilis, ſed diſtant inter ſe his temporibus circiter gr. 28. itaut ♈, octaui orbis incipiat à gr. 28. ♈, primi mobilis extendatur vſque ad gr. 28. ♉, eiuſdem primi mobilis; ſigni huius ♈, tres ſunt partes, ſicut etiam cuius libet alterius ſigni, quæ qualitates diuerſas in ſe retinent; primæ partes Ventos, & imbres mouent; mitiores tamen quàm tempore Ptolomei, & Antiquorum; mediæ ſunt temperatæ, inclinantes ad calliditatem, & ſiccitatem; extremæ magis excalefaciunt; cumque Zodiacus Latitudine etiam præditus pars Borealis eſt calidior, & nocua ob plures ſtellas ibi perſiſtentes de natura Martis, ac Mercurij; Auſtralis verò frigida ob Stellas de natura Saturni.

Aſteriſmus, & conſtellatio ♉, incipit à gr. 17. ♉, primi mobilis, protrahitur vſque ad gr. 25. ♊. In primis partibus ſunt Pleiades Stellæ procelloſę, moleſtæ; mediæ partes ſunt temperatæ, & aliquantum humidiores; vltimę calidæ in quibus Hyades permanent, fulgura corruſcationes, ſimiliaq; portentes. Pars Borealis eſt temperata; Auſtralis diuerſæ naturę, ob Stellarum varietatem ibi permanentium, ob id inſtabilis, varia.

Conſtellatio ♊, ſedem retinet à 25. ♊, ad 24. ♋. Primæ partes ſunt humidæ; mediæ temperatæ, vltimæ inſtabiles cum aliqua ſiccitate; Pars Borealis mouet ventos; Auſtralis eſt ſicca, arida.

Aſteriſmus ♋, incipit à gr. 24. ♋, & extenditur vſque ad gr. 12. ♌. Primæ

mæ partes, vbi Præſepè, Aſelli, ſunt ſicciſſimæ; mediæ,& vltimæ præditæ magna etiam caliditate, & ſiccitate. Pars Borealis calida, ſicca, ignea; Meridionalis æſtuoſa, noxia.

Aſterimus ♌, principium ſumit à grad 13 ♌. definitq; in gr. 16. ♍, primi mobilis; mediæ,& vltimæ temperatæ. Pars Borealis ignea, varia, inſtabili Auſtrina humida.

♍, Signum quod ſumit exordium à gr. 16. ♍, primi mobilis, & definit grad. 6. ♏. primas partes retinet calidas, noxias; medias temperatas, aquoſa poſtremas, humidiores Borealis pars ventoſa; Auſtralis temperata.

Conſtellatio ♎, incipit à 6. grad. ♏. & extenditur ad grad. 27. ♏. primi mobilis ſcilicet, cuius partes priores ſiccæ, mediæ temperatæ, poſteriores humidæ, aquoſæ. Pars Borealior ventoſa; Auſtralis ſicca mortifera,& peſtilen

Aſteriſmus ♏, principium ducit à grad. 27. ♏, extenditur vſque ad gra 26. ♐; Primæ partes niues generant; mediæ ſunt temperatæ, vltimæ turbulentæ. Pars Borealis calida; Auſtralis humida.

Aſteriſmus ♐, permanet à grad. 26. ♐, ad 28. grad. ♑, primi mobilis; ei priores partes ſunt frigidæ, & humidæ; mediæ frigidæ; poſteriores calidæ, & igneæ. Pars Borealis ventoſa; Auſtrina varia, humida.

Aſteriſmus ♑, incipit à grad. 28. ♑, & extenditur ad grad. 21. ♒ primi partes ſunt calidiores, extenuantes, noxiæ; mediæ temperatæ, poſtremæ pluuioſæ; Pars Borealis humida, nocua; Auſtralis aquoſa,& etiam noxia.

♒, Conſtellatio extenditur à grad. 21. ♒, ad grad. 15. ♓, partes prim ſunt humidæ; mediæ temperatæ; vltimæ ventoſæ. Pars Borealis eſt extuan Auſtralis humida,& niues producit.

Aſteriſmus ♓, incipit à grad. 15. ♓. primimobliis, & protrahitur vſque ad gr. 27 ♈, primi mobilis eiuſdem, videlicet ad Stellam in Cornu ♈. Partes priores ſunt frigidæ, mediæ humidæ, vltimæ calidæ. Pars Borealis Ventoſa; Auſtrina aquoſa humida.

Hæ qualitates decernuntur in aeris conſtitutione, quando Sol, & plane hæc loca pertranſierint.

DE QVALITATIBVS A' CONGRESSIBV Et Aſpectibus Planetarum. Cap. IV.

PRAETER ſignorum qualitates, Planetarum, aliaque enarrata aeris mutationes præſciendas, neceſſaria eſt cognitio naturæ, & qualitatis, quam Planetarum aſpectus, ac coniunctiones decernunt, h tamen ordine; vt maiorem generet effectum coniunctio, deinc per ordinem oppoſitio, quadratus radius, Seſtilis, & antiſcium: nam coniunctio cum pluribus diebus duret longiores, & robuſtiores pariet effectus, non alii radii, qui ſubitas, brevioresq; pariunt mutationes; generali via hoc poterit conjectari faciliime: nam coniunctio exempli gratia Planetarnm in gnis

gnis, & calidis, & ſiccis in æſtate caloris, ac ſiccitatis ſuperfluitatem porten-
lunt; in hyeme verò tempus minus frigidum ſolito, & conſtitutionem hye-
nis temperatiorem; ſi coierint in ſignis frigidis terreis hyeme niues, & ge-
u adducent; æſtate verò caloris remiſſionem; ſi in aereis ventorum frequen-
em afflatum; ſic in humidis ſuperfluas pluuias] alijs temporibus, æſtate
verò temperiem, quæ ſingula particulatim hic explicantur Antiquorum au-
horitate, & ratione.

♄ ♃ ☌ circa aeris mutationem effectus plurium dierum portendit ob eius
lurationem; fiunt temporum conſiſtentiæ niſi ab aliis cauſis impediantur; In
iccis ſignis, & calidis æſtate has qualitates adauget; in hyeme minuit frig-
a. In humidis adducit aquarum multitudinem; ſic eorum ☍ □ ✱ △ Antiſcia
per plures dies magnam temporum mutationem decernunt adducẽdo pluuias
mpetuoſas, cum Ventis, & grandine; Vere in his ſignis humidis generali-
er turbulentiam aeris producit; æſtate grandines, tonitrua; Autumno ven-
os, inundationes, pluuias copioſiores. Hyeme turbulentias, nebulas, nu-
bes, obſcuritates; Cæterum inſpiciendum eſt quis eorum fuerit potentior, &
upra alterum eleuetur: nam dominante Saturno, præter qualitates aeris de
ius natura, vigent tunc temporis morbi, inopia, & reliqua ſignificata Satur-
ni; ſicut è contra dominante Ioue omnia proſpera ſperanda, tranquillitas,
nnona, ſalubritas.

♄ ♂ ☌ ☍ □ diebus pluribus antè, & poſt pluuias cum violentia, grandines,
tonitrua, fulgura, corruſcationes, nebulas, ventoſque demonſtrat; corrum-
pit aerem, & omnia deuaſtat pro qualitate Planetæ malefici dominantis, ſi-
gnorum in quibus reperiuntur, & Stellarum fixarum cum illis congredientiũ.
Vere pluuias gignit, ac tonitrua. AEſtate grandines cum tonitruis; Autum-
no pluuias violentas. Hyeme diminutionem frigiditatis.

♄ ☉ ☌ ☍ □ efficit apertionem portarum, de quibus infra, quo tempore
generantur pluuię niues, & grandines. Verè pluuiæ frigidiſſimæ; æſtate
grandines, tonitrua, remiſſiones caloris; Autumno pluuiæ, frigora; Hye-
me nebulæ, niues, gelu, & ſimilia.

♄ ♀ ☌ ☍ □ in humidis ſignis humiditates, pluuiaſque producunt, imbres,
frigora pro diuerſitate anni temporis: nam Vere pluuias, & frigus; æſtate ſu-
bitaneas, & repentinas pluuias; Autumno ferè ſicut Vere; Hyeme niues, &
pluuias frigidas.

♄ ☿ ♂ ☍ □ in ſignis ſiccis ſiccitates pariunt, in humidis pluuias, in aereis
Ventos; in terreis frigiditatem, & ſiccitatem. Vere ventos, & pluuias;
AEſtate ventos, atque imbres; Autumno ventos cum nebulis; Hyeme ventos
& niues.

♄ ☽ ☌ ☍ □ in ſignis humidis frigiditatem, & nebulas portendunt; in ae-
reis, ſic ♄, & ♃ augent frigus præſertim ☽ plena lumine, nam vacua ſicci-
tates parit; in ſiccis pruinam generant; generaliter autem ☽, & ♄ nubes
obſcuras, & nigras commouent, molles pluuias, quietas.. Vere generant
turbidum aerem, & humidum; æſtate tempus humidum cum remiſſione

caloris, interdum grandines, ſi ad ſit aliquis aſpectus Martis, vel Mercurij Autumno aerem nebuloſum; Hyeme nubes, niues frigora vehementia.

♃ ♂ ☌ ☍ □ mutationem aeris producunt ſecundum qualitatem ſignorun in quibus fuerint conſtituti, ſic qualitatem Stellarum cum quibus congreſſi nam in ſignis calidis, & ſiccis exuperantem caliditatem, in humidis tonitru coruſcationes, pluuiaſque demonſtrant; Vere ventos, & aeris turbulentia AEſtate, calorem tonitrua, fulgura; Autumno turbulentum aerem, vent ſum; Hyeme aeris temperiem, ac frigoris diminutionem portendunt; V rùm, ſicut in omnibus, conſpiciendum quis eorum fuerit validior: nàm ſi d minabitur ♃ omnia in bonum conuertentur; aderit animantium ſalubrita copia fructuum, annona in neceſſarijs vitæ animantium, & ſimilia prod cta à natura eius benefica. Mars verò producit ægritudines plurimas, eaſ bilioſas, acutas, ſiccitates, incendia, & ſimilia de eius natura.

♃ ☉ ☌ ☍ □ producunt aeris temperiem, ſerenitates placidas, ventos ſal bres, pluuias ſalutares, & omnia cum ſumma temperie. Vere, & Autumn ventos; AEſtate tonitrua; Hyeme remiſſum frigus ſignificant.

♃ ♀ ☌ ☍ □; ſerenitatem, ac temperiem pollicentur; in ſignis humic aliquandò mites pluuias, & ſalutares, in alijs ſerenitatem, ventos ſuaues fertilitatem omnium, & animantium ſalubritatem.

♃ ☿ ☌ ☍ □; commouent Ventos, & fit aliquando aperitio portarum; ventis, ſine pluuia. In ſignis igneis ſiccitatem pariunt ventoſque calido in aereis ſerenitatem, & ventos ſingulis anni Temporibus, & quadrantibus.

♃ ☽ ☌ ☍ □ Ventos, ſerenitatem, & temperiem pollicentur ſingulis Te poribus; alteratur tamen aer ſecundum qualitatem ſignorum in quibus fi rint conſtituti: ſed cum placiditate ſumma.

♂ ☉ ☌ ☍ □ in ſignis igneis ſiccitates, calores; in aqueis grandines c impetu; tonitrua, fulgura; in aereis nebulas; in terreis ventos cum impe decernunt. Vere, & Autumnò ventos, & ſiccitatem; AEſtate calorem i menſum, fulgura, tonitrua. Hyeme remiſſionem frigoris pollicentur.

♂ ♀ ☌ ☍ □ portarum aperitiones, aquas copioſiſſimas præſertim Autu no, & Vere. AEſtate generant Imbres, & Hyeme remiſſionem frigori ſemper verò aerem immutat hęc conſtellatio.

♂ ☿ ☌ ☍ □ Vere, & Hyeme niues; AEſtate tonitrua, & grandin Autumno grandines, & ventos magnos generant; in ſigniſque calidis, & ſ cis caliditatem, ac ſiccitatem immenſam, & ardores.

♂ ☽ ☌ ☍ □ in humidis ſignis pluuias, in calidis, & ſiccis ſiccitatem, n bes rubras, aliquando pluuias; æſtate fulgura, & grandines demonſtran ſicut coruſcationes; & vt plurimum fit aeris mutatio.

☉ ♀ ☌ aeris humiditatem generat. Vere, & Autumno pluuias; AEſt imbres, tonitrua; Hyeme aquam, humiditatemque diuturnam.

☉ ☿ ☌ in aqueis ſignis humiditatem, pluuias; in igneis ſiccitatem, c ditatem, ventos calidos, & nocuos humano generi; in aereis ventos cont uos; magnoſque pollicetur.

☉ ☽

☉ ☽ ☌ ☍ □ in ſignis humidis pluuias, in igneis ſiccitatem, & ſerenitatẽ producunt; vt diximus aer alterationem patitur pro ratione Planetarum dominantium.

♀ ☿ ☌ in humidis ſignis imbres, ventos mouet, & nubes.

♀ ☽ ☌ ☍ □ leues pluuias generant. Vere tempus humidum, nubiloſum; æſtate remiſſum calorem; Autumno nebulas; Hyeme niuem, turbulentum aerem, & ſimilia portendunt.

☿ ☽ ☌ ☍ □ diſponunt aerem ſecundum qualitatem ſignorum in quibus fuerint conſtituti: nam varia, & diuerſa demonſtrant, aliquando ventos, aliquando pluuias; in ſignis aereis ventos, in ſiccis ſiccitatem, in terreis frigiditatem, in humidis pluuias, imbres.

DE PORTARVM APERITIONIBVS. Cap. V.

Portarum aperitiones dicuntur, quia effectus contingit maximus, & euidentiſſimus circà aeris, ac temporum mutationes, quæ realiter decem ſunt, videlicet coniunctiones, & aſpectus Planetarum contrarias domos habentium vt ♄ ☉. ♄ ☽. ♃ ☿. ♂ ♀. ab Antiquis autem tres magnæ numerantur. Prima eſt congreſſus Solis cum Saturno, quæ portendit aeris turbulentiam, frigus maximum, nebulas in ſignis aereis, & terreis; in aqueis verò congruenti tempore niues, atque imbres; in æſtate pluuias frigidas, eoque magis ſi Saturnus dominium obtinuerit in loco ☌. vel ☍. Luminarium, vel aſcendente figuræ erectæ tunc temporis. Secunda eſt Iouis, & Mercurii in ventis magnis producendis, terremotibus, deuaſtationibus ædificiorum, arborum, ac ſimilium. Tertia eſt Martis, & Veneris in imbribus, grandine, & fulguribus cum fructuum terræ deuaſtatione; fiunt hæ Portarum, ſeù valuarum aperitiones quoties hi Planetæ inuicem coniunguntur, vel ſe de oppoſito, vel quadrato reſpiciunt; & maiores effectus contingunt, quandò præter hec Luna etiam miſcetur, vel ab vno defluit ad alium; ſicut etiam ex mixtione Mercurii, & Veneris augentur effectus, præſertim pluuiarum multitudo.

Hæ portarum aperitiones ex recentioribus tripliciter fiunt. Primò quandò coniunguntur hi planetæ, vel opponuntur, vel ſe reſpiciunt de quadrato, vt diximus. Secundò quandò intercedit etiam Luna, & ſeparata ab vno applicat alteri per ☌ ☍ vel □: vt à Sole ad Saturnum. Tertiò quandò Mercurius, vel Venus; vt diximus de Luna, ſeparatur ab vno aperientium, & applicatur alteri: Mercurius enim ſignificat pluuiam; ſic ſi cum aperitione portarum fuerit Planeta retrogradus magnam adducet pluuiam. Cæterum aeris mutationes ſunt ſecundum naturas Planetarum, inter quos fit translatio, & ille, qui recipit coniunctionem, vel aſpectum eſt dominus, ſignificatorque qualitatis mutationis aeris.

DE VENTIS. Cap. VI.

QVOTIDIANA innotuit experientia aeris, ac temporum mutationes, etiam ſi habeant alias occultas cauſas, oriri ex Ventis; Ni ventus non eſſet hyems, ni fœmina bellum; cum ex eorum afflatus diuerſitate optice conſpiciamus ſerenitates, pluuias, nebulas, niues, nubila aliaque circa aerem contingentia; ob id quæ ad Aſtronomis circa hanc materiam compilata prodidere, in medium afferemus breuitati ſemper, & vtilitati conſulentes. Venti ergo, ſiue ſint humores terrei aeris regiones tranſcendentes, ſiue ſint eliſio aeris è regione frigida, alii ſunt principales, alii intermedii; principales ſeù Cardinales ſunt quatuor, à quatuor Mundi anguli prodeuntes Ortu, Occaſu, Meridie, & Septentrione; ſuntque Septentrio ſe Boreas, Auſter, Fauonius, & Sub ſolanus.

Septemtrio à Septemtrione, & Polo Boreali ſpirans eſt Ventus frigidus, & ſiccus ſerenitatis parens, ſaluberrimus, omnia præſeruans à corruptione, lice ob nimiam frigiditatem ſit floribus, & recentibus vitibus perniciosſus; vocatu Romæ Tramontana.

Auſter, qui ſpirat à Meridie dictus Notus, calidus eſt, & humidus æſtuoſus noxius, peſtifer, ex Hippocr. viſum hebetat, caput replet, piger, diſſoluens morbos generat, febres putridas, pleuritides, pulmonis inflammationes; ſi hi ventus ſerenitatem pariet, illa erit cum calore magno, & noxio.

Fauonius à fauendo, dictus Zephirus humidus eſt, & aqueus temperate a Occidente ſpirans, pluuias generat, atque tonitrua: In hoc noſtro Italiæ tract ſaluberrimus, flans tota ferè æſtate poſt Meridiem ſuauiter; Aeſtate ſerenitatem parit, Hyeme, & Vere niues, & pluuias.

Subſolanus, ſeu Eurus proueniens ex Oriente Aequinoctiali eſt temperat calidus, & ſiccus, ſaluber, inimicus contagio putrido, conſeruat corpora ſalubritatis parens. Hyeme frigidior producit gelu; ſpirat Oriente Sole, noct vt plurimùm quieſcit.

Hi quatuor ſunt venti principales inter quos intermedij vocantur Borrhapeliotes, Notopeliotes, Notolybicus, & Borrholybicus.

Borrhapeliotes flat à medio ad vnguem loco inter Septemtrionem, ac Occidens, vocaturque Grecus, frigidus eſt, ac ſiccus, nubes generat, & aliquando niues.

Notopeliotes vocatus vulgo Siroccus ſpirans à medio loco inter Oriens, & Meridiem; eſt ventus debilis, humidus, nubium productor, aeriſque obſcuritatum.

Notolybicus flat inter Occaſum, & Meridiem dictus Libeccius, Garbinus malæ qualitatis, morboſus, humidus producens nubes, pluuias.

Borrholybicus vocatus Magiſtralis ſpirat inter Septemtrionem, & Occidē humidus, tonitruoſus, nymboſus, procelloſus, repentinus, turbulentum aerem adducens.

Ven-

Venti minus principales, ſunt qui adiacent principalibus, quorum aliqui ſint Orientales, alij Occidentales, Boreales alij, alij Meridionales, & diuidentur in octo Laterales, ac ſexdecim collaterales.

Laterales ſunt Cæcias, Aquilo, Circius, Aphricus, Libanotus, Phenix, Corus, & Eurus.

Collaterales ſunt Meſocæcius Vpocæcius, Vpaquilo, Meſaquilo, Meſocircius, Vpocircius, Meſocorus, Vpocorus, Meſaphricus, Vpaphricus, Vpolibanotus, Meſolibanotus, Meſophenix, Vpophenix, Meſeurus, Vpoeurus.

ORIENTALES numerantur ſex Eurus, Meſeurus, Vpoeurus ſpirantes ab ortu hyemali, Meſocæcius, Cæcius, Vpocæcius afflantes ab ortu ſolſtitiali, & flumine Cæci in Helleſponto, omnes ſunt venti ſicci, ſalubres ſerenitatem afferentes; nam ſiccitates ſunt imbribus ſalubriores, ex Hippocr. Eſtate ſatis calefaciunt, ſicut hyeme multum infrigidant.

Eurus eſt collateralis ſubſolano ſimilis in qualitate; ob deflexionem tamen ad Auſtrum acquirit aliquid qualitatis humidæ, & in fine perturbat aerem, gignitque mutationes repentinas, & tonitrua.

Vpoeurus, & Meſocæcius adiacent Subſolano, cuius qualitatem retinent: Meſeurus, ſiroccuſque retinent naturam Auſtri, & ſunt magis humidi quam Eurus.

Cæcias ſpirans ab ortu ſolſtitiali eſt Subſolano frigidior ob communicantiam cum Ventis Borealibus.

Vpocæcius, quia adheret magis Septentrioni eſt frigidior Cæcio.

OCCIDENTALIVM ventorum Cardinalis eſt Fauonius, qui oritur ab Oriente æquinoctiali, retinet tres ventos alios vtrinque; nàm verſus occaſum Hyemalem verſus Meridiem habet Vpaphricum, Aphricum, Meſaphricum; verſus occaſum æſtiuum verò verſus Septemtrionem Meſocorum, Corum, Vpocorum, omnes ſunt in caliditate temperati: ſed humidi, ſalubres, aliquandò mites adducunt pluuias, aliquandò, ſerenitatem præſertim Hyeme.

Vpaphricus, Meſocorus ſunt naturæ Zephiri, ſeù Fauonij.

Aphricus ſpirat ab Occaſu Brumali frigidus eſt, & humidus; pluuioſus tempeſtuoſus.

Meſaphricus retinet naturam Auſtri, ſimilis Notolybico: ſed minus humidus, & morboſus alijs Auſtrinis.

Corus oritur ab Occaſu æſtiuo frigidus, & humidus; in principio procelloſus, ſiccus, niuoſus, grandinoſus. Flante Coro die ſereno apparent nubes in Oriente.

Vpocorus habet naturam Borrolybici humidam, nimboſam; AEſtate generat tonitrua.

MERIDIONALES venti ſunt calidi, ac humidi, & cælum ſerenant; verum ſi diutius ſpirant, aerem turbant, & tempeſtates gignunt in Mari. Notus ſeù Auſter Cardinalis verſus ortum Hyemalem habet Meſophænicium, Phænicium, & Vpophænicium; verſum Occaſum Hyemalem habet Meſolybanotum, Lybanotum, Vpolybanotum.

Me-

Meſophænix, Meſolybanotus retinent qualitates Auſtri.

Phenix eſt calidus, & humidus morborum procreator.

Vpophænix eſt ſiccior, & ſalubrior ob deuolutionem ad Orientalem plagã

Lybanotus eſt calidus, ſed humidior, pluuioſus, morbificus.

Vpolybanotus eſt temperatus in omnibus.

SEPTEMTRIONALES venti omnes ſunt frigidi. Septemtrio verſus Ortum æſtiuum habet Aquilonem; verſus occaſum æſtiuum habet Circium, Meſocircium, Vpocircium.

Vpaquilo, & Meſocircius retinent naturam venti cardinalis; Aquilo habet eaſdem qualitates: ſed eſt ſalubrior, expurgat aerem, niues, & grandine aliquandò producit.

Meſaquilo retinet frigiditatem remiſſiorem alijs.

Circius gignit gelu, turbines, imbres, grandines, procellas impetuoſas

Vpocircius eſt Circio humidior.

DE VENTIS ANNIVERSARIIS Cap. VI.

VENTI anniuerſarij, vocati Prodromi, ſeu Eteſiæ ſunt, qui certi anni temporibus ſpirant ab aliqua parte cæli; In Italia ſpirant ab Aquilone, in Hiſpania ab Oriente; alibi ab alijs partibus; apud Occidentales ex Septemptrionalibus conuertũtur in Occidentales vſque ad Zephirum; apud Orientales ex Septemtrionalibus mutantur in Orientales vſque ad Subſolanum. Sunt duplicis generis AEſtiui, qui ſpirare ſolent octo diebus circiter antè ortum Caniculæ, & durant 40. diebus, exurgunt tertia, vel quarta hora diei, & ſilent noctu. Quandò Romæ ſpirant Eteſiæ fruimur ſumma ſalubritate, affliguntur que Medici hac ſpiratione.

Hyberni ſunt æſtiuis oppoſiti, oppoſito tempore orientes; Chælidonius ab aduentu Hyrundinum oritur in exortu veſpertino Arcturi Veris tempore, qui omnium ventorum ſuauiſſimus conuertitur in Fauonium.

PROGNOSTICA EX VENTIS.

PLANETAE dominantes locis enarràtis in cæleſti figura erecta in ingreſſu Solis in puncta Cardinalia, in oppoſitionibus, vel coniunctionibus luminarium dictos ingreſſus præcedentium, & menſtruis coitibus, ac aſpectibus eorundem luminarium afflant s ventos portendunt, ex qua plaga ſint ſpiraturi, & quarum qualitatum; Planetis ſingulis peculiares Venti aſſignati ſunt ſumma obſeruatione, quos hic recenſemus, ſicut alia neceſſaria ad hanc materiam exanthlandam.

Saturnus eſt motor ventorum Orientalium. Iuppiter Borealium, Mars

ccidentalium, & Auſtralium, Venus Meridionalium, Mercurius prout ijs fuerit commixtus, Sol, & Luna Occidentalium. Indicatur etiam quaitas Ventorum ex ſitu Planetarum in dictis figuris cæleſtibus: nàm cum latidine, & declinatione Auſtrali ex medio Cæli mouent Planetæ ventos Meridionales; ex imò Cæli cum latitudine, & declinatione Boreali Boreales; rientales reſpectu Solis & mundi mouent ventos Orientales; Occidentales erò Occidentales; Quandò Planetæ fuerint imbecilles commouent ventos termedios.

Demonſtratur etiam qualitas ventorum ſpirantium ex latitudine Lunæ ſiue ad Auſtrum, ſiuè ad Boream inclinetur; ſic demonſtrant ventos ſigna cæleſtia, nàm ♈ ♌ ♐ ventos excitant inter Occidens, & Septentrionem, ♉ ♍ inter Auſtrum, & Oriens, ♊ ♎ ♒ inter Oriens, & Septentrionem, ♋ ♏ inter Auſtrum, & Occidens. Sic ex applicatione Mercurij cum aliis Planetis, nàm ſi Mercurius applicet Saturno ventos producet magnos, nebulas, luuias. Si Ioui ventos ſuaues; ſi Marti calidos; ſi Soli calidos, nocuos; ſi eneri humidos.

Indicant poſtremò afflaturos ventos Ortus, & Occaſus Stellarum cum Sole, reliquis Planetis, quorum aliquos recenſibimus ab Antiquis obſeruatos.

Regulus, ſeù Cor Leonis Occidens cum Sole Fauonium excitat per plures ies ſpiraturum.

Pleiadum exortus commouet Subſolanum.

Arcturi Occaſus excitat ventos Auſtrinos.

In æquinoctio Autumnali flat Corus.

Occaſus Pleiadum cum Sole excitat Aquilonem.

Ortus Delphini cum Sole affert ventos.

Ortus, vel Occaſus Arcturi, Antecedentis caput ♊, Ventris Meridionali ♓, Stellarum Trianguli ventos generant cum ☼ ♄ ♃ ♂, vel ☿, cum quibus rientes, vel occidentes; Dexter Humerus Aurigæ, Hercules, Stellæ ♒, orona, Cingulus ♍, Præſepe addunt præter ventos pluuias; Stellæ verò rionis excitant ventos cum nubibus, & tempeſtatibus.

Mercurius procreat ventos cum capite antec. ♊, Cauda ♌, ceruice ♌, indemiatore, Lucida tranſtri Nauis, Crure Pegaſi, Aquila, Delphino, àm oriens, quàm occidens.

Mercurius cum crure ♒, Lyra, Ventre cæti, Pleiadibus, Fomahand, Lucida Hydræ Nebuloſa ♐, Stellis in fronte ♏ generat ventos cum nebulis, & rigiditate.

Mercurius cum cornu ♈, cauda ♑, nexu ♓, ſimiliter generat ventos frigidos cum nebulis.

Mercurius cum Canibus, Stellis Orionis, Præſepe, Regulo, ventos cum onitruis, nubibus, imbribus, & tempeſtate portendit.


Mercurius cum ſpica ♍, Stellis Aurigæ, cingulo ♍, Lancibus, Hercule, Deltoton, Stellis ♒ ventos producit cum nubibus, & pluuias.

Mercurius cum Acarnar ventos calidos producit, & ſerenitatem.

In

In ſequenti figura omnes venti enumerati ſunt ſecundum Mundi ſitum c
poſiti ; Hinc ſi huic figura ſimilem collocaueris in ſublimi aliquo loco , ita
partes figuræ correſpondeant adamuſſim partibus Cæli, & in eius medio fl
bellum volubile, omnium ventorum afflatus cognoſces , ac proindè aeris a
terationes ab illis prouenientes, obſeruatis tamen effectibus quos venti pari
in tua Regione . Videas ergò in quàm lineam flabellum incidat ; nàm
oppoſito flabit ventus . Exempli gratia flabellum cadat ſuper lineam Subſ
lani , inditium erit ſpirare Zephirum , ſeù Fauonium , qui opponitur Subſol
no, & ſic de reliquis .

Schema Ventorum.



RÆCEPTA ALIQVA AD AERIS MVTATIONES eliciendas vtilia. Cap. VII.

OMNES ferè Aſtronomi Antiqui obſeruarunt pro aeris diſpoſitione ad pluuias, tonitrua, coruſcationes, & ſimilia Solis introitum in gr. 20. ♏, & erecta tunc temporis figura prognoſticant ſecundū diſpoſitionem ſyderis dominantis, non ſecus ac diximus de ☌, ☍ minarium, ac introitu Solis in puncta Cardinalia; qua occaſione ſumpta edimus ad menſtruas mutationes temporis eliciendas ſumma ratione eſſe igendam figuram introitus Solis in primum punctum cuiuſlibet ſigni, quod ceſſarium nos pluries ſumus experti; Pro anni verò pluuioſi doctrina ſuunt etiam ſignificationem ab introitu Solis in principium ♎ AEquinoctiū utumnale, & præcedenti coitu, vel oppoſitione luminarium.

Planetæ dominantes locis principalibus figuræ cæleſtis combuſti in princio quartæ Vernalis nebulas decernunt; In AEſtate caliditatem, tonitrua; Autumno frigiditatem, & humiditatem. In Hyeme nubila, ventoſque ſtrales.

Planetæ ſignificatores aereæ qualitatis occidentales, retrogradi, minuti otu, in Perigæo, combuſti, debiles, pluuias demonſtrant ex Leopoldo, æter Martem, qui conbuſtus pluuias minuit.

Conſiderarunt Antiqui etiam pro hoc negotio, ſicut pro electionibus 28. anſiones Lunæ, quas hic vt ſcitu dignas non immeritò cenſuimus apponens ob Stellarum fixarum influentias his locis Zodiaci communicatas; ſupputæ fuerunt olim à Mathematicis plurimis exactiſſimè, & nunc denuò à no-s ſumma diligentia ſunt examinatæ.

MANSIONES LVNÆ.

G	l		
♈			
21	13	Temperata	Sume Medicinam laxatiuam; fac iter.
♉			
4	4	Sicca	Caue à purgationibus; Iter arripe per aquam, ſere planta.
16	54	Humida	Malum in itinere.
29	46	Temperate humida	Sere, planta, & iter age per aquas.
♊			
12	39	Sicca	Iter arripe, medicare.

6	25	30	♋	Temperata	Nil bonum, ob ſtellas maleficas
7	8	22		Humida	Sere, ara, iter non arripias, niſi per aquas.
8	21	13	♌	Nubiloſa temperate	Sume Medicinam, iter facito.
9	4	4		Sicca	Mala in omnibus.
10	16	56		Humida	Funda, planta, iter non facias.
11	29	47	♍	Frigida temperate	Caue à medicinis, planta, fere iter agito.
12	12	38		Humida	AEdifica, ſere, planta; euitabis alia.
13	25	29	♎	Temperata	Sere, ara, iter facito.
14	8	20		Temperata	Semina planta, medicina. Iter fuge.
15	21	12	♏	Humida	Fode puteos, arua; iter non arripies.
16	4	4		Frigida, Humida	Mala manſio in omnibus.
17	16	56		Humida	Eme beſtiás; & itinera ne facito.
18	29	47	♐	Sicca	AEdifica, fere, planta, nauiga.
19	12	38		Humida	Sere, planta, iter facito.
20	25	29	♑	Humida	Eme beſtias, venare.
21	8	20		Temperata	AEdifica, funda, ſere, eme terras.
22	21	13	♒	Humida	Medicare, nauiga.
23	4	4		Temperata	Medicare, iter agito.
24	16	56		Temperata	Medicinam Sume.

25	29 47	Sicca	Funda, arripe iter.
	♓		
26	12 38	Sicca	Med'cinis vtilis, ad alia in fauſta.
27	25 29	Humida	Medicinas ſume.
	♈		
28	8 22	Tẽperata	Sere, medica.

Hæc Lunæ ſignificata circa aeris mutationes iuxta Lunæ fortitudinem, & aſpectus cum alijs Planetis, ſicut etiam iuxta aliorum ſignificatorum qualitates modificanda pro varietate in hac materia enucleanda omnibus ritè conſideratis.

Signa humida ſunt ♋♌♏♒ ♐ ♓; partes humidæ ſunt finis ♈ principia ♉ ♋, finis ♑, initia ♒♌.

Pluuiales ſunt Venus, Mercurius, Luna.

In reuolutione anni Mars in ſigno proprio pluuias multas ſignificat, in domo Saturni parum, in aliis mediocriter.

In ☌, vel ☍ præcedente reuolutionem anni; Si Mars aſpiciat illum locũ erunt fulgura, lampades, tonitrua.

In reuolutione anni ♀ ☿ ☽ in locis humidis pluuias redũdãtes portẽdunt.

In ingreſſu Solis in Tropica ſigna. Si ♀ aſpexerit Lunam ex humido loco, pluuiæ erunt multæ.

Si Mars ex ♏ aſpexerit Venerem pluuiæ abundabunt.

Sole in ♈, vel ♉ ſi ♀ eſt retrograda Ver erit pluuioſum.

Sol in finibus Martis æſtate calorem auget, Hyeme, & Vere ſiccitatem.

In ☍ ☌ præcedẽtibus introitum ☉ in ♈, & in ipſo ingreſſu ſi ☽ aſpiciat ♄ & ambo ſint in ſignis humidis, erunt nubes nigræ, pluuia lenta, & durans; ſi verò ☿, & ♀ aſpexerit ♄ tunc erit pluuia maior, & durans.

Si fuerint in quarta Autumnali cum Sole plures Planetæ retrogradi, & in Hyeme dirigantur erit magna ſiccitas in omni Climate.

Si in quarta æſtiua Planetæ fuerint directi propter eorum infrigidationem, æſtas erit decora. Si tunc retrogradi erit calida, nàm retrogradi excalefaciunt, directi infrigidant.

Planetæ in Apogæis eccentrici, vèl Epicycli minus calefaciunt, vt diximus alibi; In Perigæis autem magis, intelligendo de ♂ ♃ ♄; nàm in ♀ ☿ contrario modò iudicandum.

Mercurius, & Venus combuſti in quarta Autumnali frigus generant, ac humiditatem; in quarta Hyemali nubila, ventoſque meridionales; in Vernali nebulas, in AEſtiua caliditatem, & tonitrua; quod idem dicendum de ſuperioribus ♄ ♃ ♂.

Quandò Sol erit in gr. 18. ♏ ſi Venus ſit ibi iuncta in loco humido, erunt pluuiæ ad ſubmerſionem.

H 2 Ve-

Venus retrograda orientalis, poſito Sole in ♑♒♓, in Vere dat imbre paucos; In principio Hyemis abundantes.

Venus in Hyeme directa, & orientalis in principio dat paucas pluuias, i fine hyemis copioſiores,

Luna quandò iungitur Veneri, vel Mercurio, atque magis cum vtroqu pluuiam decernit eodem die

Luna in oppoſito Martis in ♏ idem efficiet præſertim Sòle in ♒, aut ☽ verſante.

Si Luna fuerit iuncta ♂ in humido, & ♀, vel ☿ aſpexerit ♂ eruntnub la, lampades, grandines, tonitrua; ſed non pluet ea die niſi ♂ aſpexerit ♃ vel ☼.

Luna quandò ingredietur ♒, & ♓ vertit, & perturbat aerem, dum ve applicat Mercurio combuſto facit pluuiam.

Venus quandò applicat Marti in ♏ ſtatim pluet.

Quandò ☼ ☽ ♀ ☿ ſimul fuerint iuncti, imbres continuos prædicunt ead die; etiam ſi aliundè eos Luna aſpiciat.

Luna reſpiciẽs ☍ □ Solem in ♒ pluuias mouet, maximè ſi ibi fuerit Venu

Quandò in ☌, vel ☍ luminarium ♀ eſt in angulo certum eſt pluuię inditi

Dominus Aſcendentis in ſigno àqueo pluuias generat.

Luna in ☍☼, vel cum ♀ in ♈♎♏♓ imbres, lampades, tonitrua, fulgura commouet.

Luna in ſigno fœminino applicata Planetæ retrogrado in ſigno fœminin pluuiam ſtatim afferet.

Sex maximè conſideranda præcipit Steflerinus in particulari aeris conſid ratione. Primò eliciendus eſt dominus ad tempus ☌ ☍, aut □ luminariu eius qualitates, & natura, cum plerumque eas tempora imitentur. Secun conſideranda ſigna, quæ dominus poſſederit, & eorum qualitates. Tert conſiderandum ſignum Aſcendens, eius naturam, & de qua manſione Lun ri exiſtat; coniunctimque dominus Aſcendentis perpendendus. Quartò tendenda ſunt Planetarum loca tàm in Zodiaco, quàm in domibus cæleſtib an in angulis, an àlibi. Quintò videndum poſt ☌ ☍, vel □ cum quo Pla ta ☽ ineat aſpectum. Sextò conſiderandum quibus Planetis, aut fixis figu dominus ſit iunctus, vel à quibus irradiatus; nàm his benè perſpectis coroll rium magnum ſubſequetur videlicet. Si dominus ☌ ☍ □ fuerit qualitate h midus, loca enarrata, & Planetæ in locis humidis; & dictus dominus iunct Stellis, aut Planetis humidis, Lunaque poſt ſeparationem coierit, aut aſpect habuerit cum Planeta humido temporis natura erit humida; Si òmnia d clinauerint ad ſiccitatem, ſiccitas accidet; ſi ad caliditatem, calor; ſi ad fr giditatem frigus.

Significatio temporis tunc maximè mouebitur cum Luna poſt ☌ □, aut iungetur corpore, vel aſpectu valido ſignificatori.

Luna quandò peruenerit ad ſignum Aſcendens ☌ ☍, vel □ tempus mut bitur ſecundum qualitatem, & naturam ipſius ſigni.

PRO-

PROGNOSTICA EX STELLIS FIXIS congredientibus cum Sole, & alijs Planetis. Cap. VIII.

STELLAE fixæ omnes ſuas retinent qualitates, ſiuè ſimplices, & cõmunicantes cum qualitatibus alicuius Planetæ, ſiuè compoſitas, & diuerſorum Planetarum naturam referentes, vt in Catalogo earum poterit conſpici. Stellæ de natura Saturni ſunt frigidæ, & ſiccæ grandinem, ſimiliaque portendentes. Iouiales ſalubres, beneficæ, ventoſæ. Martiales igneæ, procelloſæ tonitruoſæ, peſtilentes. Solares æſtuoſæ, ventoſæ. Venereæ humidæ, & frigidæ. Mercuriales ambiguæ, quæ cum Saturninis gelidæ, cum Iouialibus ventoſæ, tempetuoſæ; cum Martialibus impetuoſæ; cum Venereis peſtilentes. Lunares ſunt turbidæ, maria concutientes.

Stellæ tempeſtuoſæ ſunt Orion, Arcturus, Corona.

Ventoſæ Hædi, & Capra.

Pluuioſæ Hyades, Pleiades.

AEſtuoſæ, anteriores partes ♌, & Canes.

Nunc afferemus in medium obſeruationes, tùm ex Plinio, Ptolomeo, & antiquis deſumptas: tùm ex recentioribus multis.

Arcturi ortus pluuias cum procellis, & grandines decernit maximè ſi à Marte, vel Luna adiuuetur; Si verò accedat Saturnus conſtitutionem pluuiosam diù perdurantem ſignificat cum aliqua frigiditate.

Occaſus Hyadum turbat mare, & terram cũ auxilio Martis, vel Mercurij.

Occaſus Pleiadum matutinus pluuioſam Hyemem decernit ſi occidat nubiloſo Cælo; ſi verò ſereno Hyemis aſperitatem.

Tranſitus Martis, & Veneris per Pleiades pluuias commouet.

Si in Occaſu matutino Delphini fuerint imbres, non erunt in Ortu Arcturi.

Hædorum ortus generat pluuias.

Ortus Syrij matutinus æſtus generat, maria concutit, & omnia alterantur ex Plinio.

PTOLOMEVS, obſeruauit hos effectus ex Stellis cum Sole congrediẽtibus.

Zona Orionis exoriens facit aerem turbidum ſpirante Fauonio.

Corona Occidens tempeſtatem præſagit.

Syrius exoriens veſpere, & Aquila efficiunt tempeſtatem.

Occaſu Reguli ſpirat Aquilo, & pluit aliquandò.

Occaſus Delphini producit ventos, & niues.

Occaſus Vindemiatoris mouet Aquilonem.

Ortus cornu ♈ mouet pluuias, & niues.

Ortus veſpertinus Arcturi commouet tempeſtates.

Occaſus Nebuloſæ ſequentiſ Aculeum ♏, nebuloſum Cælum facit.

Ortus Pleiadum excitat Fauonium.

Oc-

Occaſus veſpertinus Syrij producit Auſtrum, & Aquilonem.
Occaſus Hyadum matutinus mouet Auſtrum, & pluuias.
Occaſus Pleiadum veſpertinus mouet Auſtrum, qui terminat in Fauoniun
Ortus ſuccularum affert pluuias.
Ortus Orionis excitat Fauonium.
Occaſus Arcturi matutinus præſagit aeris temperiem.
Occaſus matutinus Coronæ lucidæ Auſtrum commouet.
Occaſus veſpertinus Aſelli Borei excitat AEtheſias Aquilonares.
Occaſus Aquilæ matutinus generat Auſtrum, & calorem magnum.
Ortus Reguli matutinus mouet Aquilonem.
Orctus Arcturi matutinus decernit imbres.
Ortus matutinus Coronæ producit aerem frigidum, & ventoſum.
Occaſus Orionis mouet Fauonium.
Occaſu canis maioris flat Auſter.
Occaſus ſecularum matutinus gignit pluuias frigidas.

Sol exoriens cũ Aſellis turbat aerẽ cũ tonitruis, imbribus fulgure, & ſimilibu
Cum Arcturo tempeſtates, & ventos mouet.
Cum Delphino affert ventos; ſic cũ Stellis triãguli, & capite antecedẽte I
Cum Aquila producit niuem; ſic cum cauda ♑, & capite Meduſæ.
Cum lancibus pluuias gignit cum ventis
Cum Stellis Orionis, Aldebaran ventos cõmouet, pluuias, tonitrua, fulmin
Cum Vmbilico Andromedæ, Stellis Cæti, cornu, & cauda ♈, nexu ♓, venere ♓, Fomahand turbidum tempus, & humidum decernit.
Cum nebuloſis in ♌ in Orione, in ♐, cum dorſo ♌, cauda ♌, lucida Hydræ, Corona, Stellis in fronte Scorpij nebuloſum præſagit tempus.
Cum Humero Equi niues, & aerem frigidum.

OCCIDENTE Sole cum Lyra tempus producit frigidum, & humidum.
Cum Stellis ♑ auget frigus.
Cum Pleiadibus pluuias, & nubila gignit.
Cum Regulo imbres cum tonitruis, & fulgure.
Cum Cane maiore ſerenum calidum cum tonitruis, & fulmine.
Cum Acarnar, & Stellis ♃, ſerenum tempus, & temperatum.
Cum Orione, & aldebaran aerem turbidum cum ventis, & tempeſtate cum imbribus decernit.
Cum Stellis de natura ♄ nubes frigora, niuem, imbres producit.
Cum Stellis ♀ pluuias, humiditates.
Cum Stellis ♂ eſtus, tonitrua, & fulmina decernit.

SATVRNVS cum lucida tranſtri Nauis congrediens ſiccitatem prædicit
Cum Capite Meduſæ frigiditatem, & humiditatem.
Cum Cauda ♈, Ventre, & nexu ♓, Stellis Ceti, Vmbilico Andromedæ cornu ♑ frigiditatem, nebulas, pluuias, niues pro temporis qualitate portẽdi
Cum Pleiadibus turbat aerem, & nebulas, pluuias, niueſque generat.
Cum Stellis Orionis imbres, & ventos producit.

Cum Arcturo ventos cum pluuijs.
Cum Spica ♍ tonitrua, imbres.
Cum Delphino, lucida Coronæ, Cauda ♑, Lyra humidum, & nebuloſum tempus generat; aliquandò niues, & pluuias.
Cum Præſepe, & Hyadibus nubes, ventos, pluuias, tonitrua gignit.
Cum corde, ♌ nubes, pluuias, tonitrua producit, & aeris inſtabilitatem.
Cum Cane maiore, pluuias, ventos, fulmina, & tonitrua ſignificat.
IVPPITER Oriens cum Regulo Hyeme ſerenat, & frigus remittit; æſtate adauget calorem.
Cum ceruice ♌ commouet ventos.
Cum Acarnar ſerenat.
MARS Oriens cum Cauda ♑ humidum tempus prædicit.
Cum Stellis in fronte ♏ humiditatem frigidam, & hyemem niuoſam portendit.
Cum Arcturo ventos vehementes, fulmina, tonitrua, pluuias.
Cum Aquila pluuias, niues cum frigiditate magna.
Cum Stellis Orionis, Hyadibus, Regulo, Canibus calorem magnum.
MERCVRIVS cum Pleiadibus, & Iancibus gignit pluuias cum ventis.
Cum Aquila humiditatem, niues, pluuias.
Cum Stellis Orionis, Hyadibus, Regulo, Canibus, ventos producit imbres, tonitrua, fulgura.
Cum Cauda ♑ ventos frigidos, niues, imbres.
Cum dorſo, & ceruice ♌ humiditatem cum ventis.
Cum Cauda ♌, Spica ♍, Lyra ſubitam mutationem in humiditate, & in ventis portendit.

PROGNOSTICA EX PROPRIETATIBVS quatuor anni Quadrantum. Cap. IX.

VER ſuperflue humidum putredinem fructuum, eorumque paucitatem decernit; ſi nimis calidum arbores citò emittent folia, ac flores, fructus vernales citò matureſcent, & Ver formoſum, ſed inutile continget: non retinebunt enim fructus qualitatem ſuam, & ſaporem naturalem. Frigidum, & ſiccum fructus lædet, eoſque producet ſerotinos; Vinum in hac conſtitutione erit paucum; & in plenilunio fine veris cadet pruina omnia deuaſtans vt plurimum.

AEſtas pluuioſa, æſtuoſa fructus putrefacit, morbos plurimos producit, penuriam frumenti; Si ſiccior affert etiam frumenti penuriam: ſed copiam fructuum æſtiuorum, & morbos prædicit acutiſſimos. Frigidior ſerò fructus producet; ſed annus erit ſaluberrimus.

Autumnus humidior vuas corrumpit, perturbatque vina Vere; humiditas in vltima parte Autumni, anno ſequenti penuriam frumenti portendit. Cali-

lidus morboſus, malus. Frigidior ſignificat iacturam fructuum Autumnaliũ in quantitate, qualitate, & ſapore.

Hyems frigida, & ſicca ſalubris, laudabilis; Frigidiſſima occidit malum punicam, Ficus, Citria, Limonia, Perſica, Arancia, Vites, Oliuas, Chriſomela. Calida, & humida inimica ſegetibus, ac inſalubris; nàm omnis peruerſio temporum mala; non debet enim Quadrans anni à ſuo temperamento recedere, ad hoc vt eius ſignificatu propitia contingant.

Multitudo ventorum noxia fructibus; paucitas noxia ſegetibus. Tranquillitas totius anni ſuſpecta eſt de peſtilentia.

Notandum vltimo, quod qualitates temporum ſunt infraſcriptæ.

Serenum frigidum purum.	Pluuioſum calidum.
Serenum temperatum purum.	Imbres cum frigore.
Serenum calidum purum.	Imbres cum temperamento.
Serenum frigidum.	Imbres cum calore.
Serenum temperatum.	Grando, & tempeſtas cum frigore
Serenum calidum.	Grando, & tempeſtas cum temperamento
Nebuloſum frigidum.	Grando, & tempeſtas cum calore.
Nebuloſum temperatum.	Nix cum frigore.
Nebuloſum calidum.	Nix cum temperie.
Pluuioſum frigidum.	Nix cum calore.
Pluuioſum temperatum.	

DE AERIS MVTATIONIS SIGNIFICATIONE ſumpta ex pluribus animantis, & inanimatis. Cap. X.

LIBVIT pro lectorum beneuolorum ſolatio aliqua præſagia temporum mutationis hic inſerere partim nota, partim recondita, quæ breuiſſimè enumerabimus.

Præſagiunt, & indicant pluuias, & aeris mutationes, in hominibus vitia corporis, vt articulorum dolores, fractorum oſſium, labores enterroceles, luxationes, & ſimilia; infeſtant eos abſque alia cauſa.

Animalia rationis expertia hoc etiam demonſtrant; Muſcæ oculos hominum petunt, ac atrocius mordent, ſic pulices; Vermes terreni terram ſcandentes gradiuntur; Virides ranę ſtrepunt, & canunt extra ordinem; Feles caput, & aures abluunt manibus; Vulpes, & Lupi vlulant; Formicæ à collectione frugum abſtinentes infrà terram ſe claudunt; Boues ſtrictè ſimul vincti ad Cælum caput eleuant, & ſe lambunt; Arietes, & Vaccæ præter modum ad Venerem ſtimulantur; Verueces capitibus ſe inuicem concutiunt; Aſini collidunt aures; Mures ſtridentes vario delabuntur; Sues ludentes fœni manipulos dilaniant.

Aues

Aues etiam plurimæ hoc præſagiunt pennas concutientes; roſtris in pennis pediculos quæritantes, & ſtrepentes præter ordinem; item lauantes ſe circà aquas clamores magnos emittunt; Aquaticæ Fulices, Anates, aliæque alas agitando in aquis ludunt; Aues pugnant cauſa alimenti, & celerius alimenta recolligunt; ſic Columbi domeſtici, & anſeres domeſtici; Apes non exeunt ex alucarijs, vel non longè aduolant, Columbæ agreſtes citius ad columbaria reuertuntur; Multiplex viſio aranearum; Cantant Galli ante horas ſolitas; Gallinæ iniectæ in puluerem ſe concutiunt; Bubones cantant in montibus, & locis ſublimibus; Latrant Cerui dimicantes, & ſe concutientes. Cantant Mergi poſt ablutionem in fontibus; Cantant Fringilli diluculò. Cornices vociferant in aquis, vel ſpatiantes in terra; Delphini frequentes in mare conſpiciuntur.

Ex inanimantis conſurgit etiam temporis mutationis præſagium; Mouentur arborum folia, & circumuolitant abſque ventorum aflatu; Scaturit aqua vbi non ſolebat, vel vberius; Augentur fontes, & flumina abſque pluuia; Enatant bullæ ſuper fluuios. Fungi oriuntur in lucernis, lampadibus, & candelis, atque apparent in iſtis irides; Scintillat oleum orto fungo in ellichnio. Carbones ſcintillant noctu; Difficulter lucerna accenditur; Concreſcit cinis in igne, & carbonibus; Flamma obliquè volitat; Radij lucernæ vibrantes reſtuntur; humectantur carnes ſalitæ, ſudant lapides marmorei & alia.

DE ANNI DOMINO IN REVOLVTIONIBVS annorum Mundi eliciendo.

DOMINVS Anni indagandus eſt ex figura cæleſti erecta in introitu Solis in primum punctum Arietis; quamuis enim ex præcedenti ☌, vel ☍ luminariũ plurima venamur accidentia, vt diximus ſuperius; pro anni Domino ſolus dictus ingreſſus conſiderandus eſt; Reiectis ergò Arabum philaterijs, conſpiciendum in præfata figura an dominus ſigni aſcendentis aliquam prærogatiuam obtineat in locis luminarium, & præſertim conditionarij, Lunæ videlicet in reuolutione nocturna, Solis in diurna; quia ipſe erit dominus anni dummodò non ſit omninò debilis, & infortunatus, vt in cadente, combuſtus, retrogtadus, vel peregrinus; Si verò Aſcendentis dominus hac prærogatiua caruerit eligendus eſt Planeta conſtitutus in angulorum aliquo, præſertim Medij Cæli, ac Aſcendentis, & ſi plures fuerint in angulis eligendus validior; Sed ſi nec in angulis fuerint Planetæ, eligendus erit Planeta, qui plures obtinuerit dignitates in locis figuræ principalioribus, Horoſcopio nempè, & reliquis angulis, nec non locis luminarium, & partis fortunæ; quod dominium luminaria etiam ſortiri poterũt maximè, quod ipſa ſolum præſint generalibus.

Electo anni domino, generali quadam conſideratione coniectandum quæ illo anno contingere poſſint; generalia enim accidentia, vt penuria,

fertilitas, peſtilentia, aeris perturbationes, terremotus, & reliqua cum habeant cauſam determinatam, Cælorum videlicet motus, Planetarum coniũctiones, aſpectus, Eclipſes, aliaque à Peritis cognoſci poſſunt, niſi quatenus ſubiacent diuinæ voluntati, quæ ordinatè tamen ſemper agit, vt clare D. Auguſt. 5. de Ciuitate Dei, Damaſc. lib 2 cap 7. Dioniſ. de diuinis nominib. Scot. D. Bonau 2. ſent & teſtatur D. Thom. contr. gent. & in locis innumeris. Conſiderandus ergò Planeta anni dominus, eius ſignificata, qualitates, ſigna, locaque in quibus fuerit conſtitutus, communicantia cum alijs Planetis, aſpectus, eius robur, vel debilitas, an peregrinus, an in ſuis dignitatibus eſſentialibus, & ſingula, quæ in alijs negotijs à ſedulo Aſtronomo cõſiderari debent; addita conſideratione præcedentis ☌, vel ☍ luminarium antecedentis ingreſſu Solis in principium Arietis; necnon ſi eò anno aliqua Eclipſis contigerit, vel Planetarum ſuperiorum coniunctio, ex quibus, & Cometis contendit Ptolem. ſecundo Quadripart. auſpicari generalia mundi accidentia, noſque in eius Comment diffuſiſſimè hanc materiam tractauimus; in Eclipſi namque conſiderandus eſt eius locus, in quo ſigno, & parte Cæli celebratur, eius duratio, quantitas luminaris Eclipſati, dominatores in eius loco, Planetæ aſpicientes, ac alia pleraque; ſic in ſuperiorum Planetarum Saturni, Iouis, & Martis coniunctionibus, de quibus copiosè ſcripſit Albumaſar & alij, ſicut nos loco citato; nàm ex domino anni, eius diſpoſitione, ex dominatoribus figuræ Eclipſium, & coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis introitum Solis in primum punctum ♈, plurima elicientur in anno contingentia à perito Mathematico; cum dicti dominatores benè conſtituti bona polliceantur in ſuis ſignificatis, & pro ratione locorum in quibus fuerint collocati, malè autem affecti non niſi mala portendant; Luna enim (quæ Populi, & Plebis eſt ſignificatrix) ſi poſt ☌, vel ☍ præcedentem ingreſſum Solis in primum punctum ♈ (exempli gratia) applicuerit coniunctione, vel radijs Planetæ benifico, vt Ioui, vel Veneri, bonum ſtatum Populi decernet, paucis vexabitur ægrutudinibus, aderit omnium neceſſariorum ad victum fertilitas, terra copioſiores fructus producet, & ſimilia; Si verò applicuerit maleficis, Marti, & Saturno contraria Populus illo anno experietur; graſſabunt ægritudines de natura Planetæ malefici, aderit anni penuria, ſterilitas terræ, & ob qualitates maleficorum diſtemperatas omnium inopia; Sic coniectandum probabiliter in alijs ſignificatis Planetarum, nàm dominatores in locis prædictis benè affecti bona, male aduerſa decernent in ſuis ſignificatis; de quibus plurima alibi diſſeruimus.

DE

DE PRÆCEPTIS ASTROLOGICIS obſeruandis in Medicina.

ASTRORVM cognitio, & ſcientia tàm neceſſaria eſt Medico, vt ſine hac temerarium ſit Medicinam exercere; ex his enim cauſæ ſingulæ etiam occultę exantlantur; ex his curationis ratio auſpicatur, & occaſio emergit; Humores noſtri corporis à cæleſtibus influxibus, ſuperioribuſque cauſis geniti, ab iiſdem ſuſcipiunt alterationem, quod cum præter omnium conſenſum vnanimem, conſpiciatur euidentiſſimè, quis inficiet Lunæ, ac Planetarum vires, & motus, ſicut reliquarum ſtellarũ non eſſe quàm maximi momenti in curandis corporibus? reliquit monumentis Hippocrates ad qualitates, & naturas ægritudinum explorandas, euentuſque præſagiendos propitios, ſeù infauſtos, duo eſſe præcipuè obſeruanda, temporis nempè conditionem, & morborum epidemiorum, ſeù populiarum impetus, qui quolibet ferè anno in terris vagantes ex ſuperiorioribus cauſis, & cæli influxibus producuntur; docet inſuper in AEquinoctijs, Solſtitijs, luminarium coitu, oppoſitione, exortu calidarum ſtellarum, vt ſunt Phrocyon, Syrius, Pegaſus, Equus, Capella, Hercules, Antares, Pallilitium, aliæque à medicamentis eſſe abſtinendum (niſi neceſſitas maxima vrgeat) & diligentia omni ſtudendum ne humana corpora infirma ex his extrinſecis cauſis contrahant detrimenta; nos verò tanta præcepta oſcitanter prætermittimus; ſcimus, & conſpicimus Solem in ſigno Leonis; exortum Caniculæ cum Marte æſtum augere, corpora ex calefaciendo, & exiccando bilioſum humorem gignere, ac concitare; ſcimus ægritudines calidas ex his oriri, & humorum aductione animantiumque corpora ob ambientis caloris copiam reſolutis ſpiritibus debilitari, & flaceſcere; in curatione tamen hanc præcipuam conſiderationem flocci facimus. Scimus generali præcepto contrariorum contraria debere eſſe remedia, & ex Hippocr. morbos plurimos ex Aſtrorum influentijs ortum ducere, cur verò in eorum curatione non atendimus ſtellarum maleficarum coniunctiones, atque aſpectus curationem impedire? in venæ ſectione, & medicamenti exhibitione euitandos, ac curandos eſſe ęgrotos eò præſertim tempore quo ſydera meliori, & commodiori ſitu ſunt diſpoſita? Scimus experimur, ſanitatem, vel mortem per criſim terminatas dependere ex motu Lunæ propagatricis dierum criticorum, quem tamen vllo modò conſideramus in morbi decurſu; quod ſi ſedulo attendatur cùm Luna maleficorum, vel beneficorum corpori, & radijs occurrerit, mira conſpicerentur in arte, certioreſque prædictiones, quam ex Hippocr. & aliorum prognoſticis; de qua re in lib. de diebus criticis diſſerimus; ob id non mirum ſi Ars Medica noſtro æuo oſcitanter tractata paruipenditur; pars enim hæc Aſtronomiæ apprimè neceſſaria ab omnibus prętermittitur; quod contingere vidimus, vel quia exterrentur pręſtantia ſcientię (quæ labores magnos, tempus, & non vulgaria exigit ingenia) cupientes lucri cupiditate eadem die, qua lauream ſu-

ſuſceperunt Medicinam facere, vel otium, vitiaque virtutibus præferentes; nec eorum memoriam, cum corpore euaneſcere curantes, ſomno, Veneri indulgentes hanc cæleſtium, & ſupernaturalium ſpeculationem abhorrent nil glorioſum exiſtimantes in hoc Vitæ curriculo, quàm commodis, & voluptatibus miſere inſeruire; non mirum ea propter ſi ſiniſtre accidant, vt plurimũ noſtri temporis Medicorum operationes; nàm cauſæ ægritudinem eos latent, & temporum cognitio ad curationem idonea, ac medicamenti propinationem, ſicque Ciuitates ciuibus ſpoliant; ſi verò neceſſaria in curationibus ſcirent, & adhiberent, Principes, homines celebres, & inſignes cum ſæculi vtilitate diutius viuerent, cum multi immatura morte eorum erroribus vitam finiant; hinc 4. Quadrup. Ptolom. inter violentæ mortis genera connumerat mòri Medicorum manibus, ac reuulſionibus propinatis nempe eorum medicamentis inoportunè exhibitis; vndè non immeritò Alexand. de Aleſ. 2. p. ſum. eos vocat Aromatarios non Medicos, cum ex Hippocr. debeant eſſe periti in arte, nec principalia (cuiuſmodi ſunt cæleſtium contemplationes) paruipendentes; Amplectantur idcircò Medici Aſtronomiam, ſic Chyrurgi, vt maximam vtilitatem in ſectione venæ afferentem, membrorũm inciſione, vel curatione: cum experientia cognoſcant quoties ex intempeſtiua ſanguinis miſſione homines è vita diſceſſerint, quotieſque frigidiſſimo, vel calidiſſimo cælo eadem vene ſectio attulerit detrimentum; ſic tumores, ac apoſtemata augeri, & minui ſecundum Lunæ motum, & influentias. Sanitatis cõſeruatio, ſicut deperditæ acquoſito (qui bus ſummò ſtudio debet Medicus incumberet) præter victus rationem competentem in matura medicamentorũ applicatione, ac tempeſtiua venæ ſectione conſiſtit; Sanguinis miſſio intempeſtiua contingit calidiſſimo, & frigidiſſimo tempore; natura enim tùnc alioqui roboranda ob qualitates intenſas natiuo calori contrarias, ſanguinis miſſione, & ſpirituũ reſolutione debilitatur; quibus temporibus medicamẽta perperam etiam propinantur; in calidoque cælo ratione aeris ambientis naturalis calor debilis, imbecilliſque natura medicamentum non amplectitur, nec actuat; hinc ex Hippocrate ſub Cane, & antè Canem difficiles ſunt purgationes; In frigidiſſimo verò natura opus ſuum non molitur completè; cum ex Ariſtot. calidi ſit rarefacere, frigidi condenſare; ſunt ergò præeligẽda tempora idonea ad has obeundas operationes in qualitate, & in Lunæ aſpectibus cum Planetis beneficis, & eorumdem Planetarum inter ſe, de quibus aliqua breuiter percurramus.

In miſſione ſanguinis, ſeù phlebotomia animaduertendum eſt ne Luna ſit in ſignis ♊ ♌ cum vnum dominetur brachijs, alterum cordi, quibus addũt recentiores (neſcimus qua ratione) poſteriorem medietatem ♎, & ♏ de primis adeſt ratio euidens; nàm ex Veterum decretis experientia comprobatis, nullo modò eſt tangendum ferro membrum dum Luna permeat ſignum dominãs illi membro; dominatur autem ♈ capiti; ♉ collo; ♊ brachijs, & ſpatulis; ♋ pectori; ♌ à furcula pectoris ad vmbilicum, & cordi; ♍ vẽtri, & inteſtinis; ♎ natibus; ♏ pudendis; ♐ coxis; ♑ genibus; ♒ tibijs,

♓ pe-

♓ pedibus; idoneum ergò tempus erit Luna ſcandente reliqua præter ♊ ♌; Attendenda eſt (ſi fieri poſſet) indicatio ſumpta à corporis conſtitutione; nā in temperaturis ſanguineis optimum eſt ſanguinem mittere Luna verſante in ſignis terreis ♉ ♍ ♑; in colericis Luna in aqueis ♋ ♏ ♓; in melancholicis ♎ ♒; in flematicis cum Luna fuerit in ♈ ♐, & ſignis igneis.

A ☌ ad primam qnadraturam Luna eſt apta iuuenibus.

A prima □ ad ☍ electa virilibus, & iuuenibus.

Ab ☍ ad ſecundam □ bona virilibus, & ſenibus.

Ab vltima □ ad ☌ idonea ſenibus Luna.

Coniunctio ☉ ☽ miſſionem ſanguinis impedit per duos dies antè, & poſt, quo tempore permanet ſub radijs, vel propè.

Coniunctio ☽ cum ♄ ♂ ☊☋ prohibet die ante, & poſt ſic; radius ☍, & □ ♄ ♂.

Solis coniunctio ☍ □ cum ♄ ♂ impediunt die ante, & poſt.

Coniunctio ☍ □ inter ♄ ♂ ♃ prohibet venę ſectionem per horas duodecim.

Luna in ♌ ♊ prohibet miſſionem ſanguinis; congruens ergò tempus erit exiſtente Luna in alijs ſignis Zodiaci, cum his tamen configurationibus.

Optimus ſtatus dictæ miſſionis erit, quandò Luna fuerit in ☌ ✶ △ radijs ♃, aut ♀.

Bonus ſtatus quandò Sol fuerit in △, vel ✶ ♃, aut ♀.

Bonus quandò ♃ ♀ ſe reſpexerint de △, vel ✶, vel ſimul erunt coniuncti; ac quandò ♂, & ♄ ſe irridiauerint eiſdem aſpectibus.

Aſpectus ☽ ✶ △ cum ♄ ♂ non noxius.

Aſpectus ☿ erit bonus, fortunato Mercurio, malus afflicto cum ſit naturę verſatilis.

Luna curſu vacua, nulli configurata non prohibet ſanguinis miſſionem; quæ præcepta obſeruanda ſunt in ſcarificationibus, applicationibus cucurbitularum, & hirudinum; quæ ſingulæ euacuationes fieri debent completa ſtomaci coctione, ſereno Cælo ſi fieri poteſt, & cùm res dat inducias, ſpirante vento Septemtrionali, vel Orientali; ſecus Auſtro.

Circa morborum curationes, atque medicamenta exhibenda; ſuſpectus eſt eorum vſus tempore exortus Stellarum adurentium (vt diximus) Caniculę, Prhocyonis, Arcturi, Hirci, Reguli, & aliarum; in æquinoctijs, ac ſolſtitijs, quod de medicamentis validis, & purgantibus electiue à venis intelligendum; Attendendi ſunt Lunę Planetarumq; aſpectus; Luna enim maximam obtinēs cum humoribus ſimpathyam à maleficorum aſpectibus lęſa non parum detrimentum humoribus adducit; hinc cauendum exhibere medicamenta in ☌ ☍ □ ☽ cum ☉ ♄ ♂, licet non tantum temporis ſit differendum in ☍, & □ quæ citò pertranſeunt quantum in ☌.

Verſante ☽ in ſignis ruminantibus ♈ ♉ ♌ ♑ abſtinendum à medicamentis, nam vomitum excitat experientia; Sic Luna non aſcendat in epicyclo, cum humoribus ad ſuperiora delatis impetum etiam vomitus adducat; ſi Domini loci Lunæ, & Aſcendentis tempore exhibitionis fuerint ſupra terram

ram eaſdem parient operationes; quæ obſeruanda cum non ſint fabulæ an les; debet ergò Luna collocari hora medicamenti cum aliquo aſpectu I uis, vel Veneris ob virtutum naturalium corroborationem, & naturæ h manæ cum ſint Planetæ benefici.

Sciendum quod virtutes naturales ſunt Attractiua, Retentiua, Digeſ ua, & Expulſiua; quæ omnes debent conſeruari, ac corroborari à medicam tis, vel ex citari ad ſuas functiones obeundas; Attractrix, quæ conſiſtit ex c liditate, & ſiccitate recta à Sole corroboratur à Luna ſcandente ♈ ♐: n ♌ ſicut in venæ ſectione nocet in aſſumptione medicamenti cum cordi dor netur, & Luna ſtomacho; Retentiua, quæ conſtat ex frigiditate, & ſicci te dominata à Saturno robur recipit Luna exiſtente in ſignis terreis ♉ ♍ ♑ Digeſtiua, & concoctrix, quæ conſiſtit in calido, ac humido dominatu Ioue, viuificatur à Luna permeante ſigna ♎ ♒ cum ♊ ſit ſuſpectum; Exp ſiua demum conſurgens ex humiditate, & frigiditate adiuuatur à Luna e ſtente in ſignis aqueis ♋ ♏ ♓; quæ ſigna ſunt aptiſſima ad medicamen exhibenda.

Luna exiſtente in ♋ roboratur expulſiua per electuaria; in ♏ per potior in ♓ per pillulas, medicamenta ſolida.

Luna in ♋ ♏ ♓ corroboratur expulſiua virtus à Veneris ⚹ △ pro euacu dabile; in ijſdem radijs Solis, & Martis pro pituita; pro melancholia v in ⚹ vel △ ♃.

Purgationibus idonea tempora ſunt Ver, & Autumnus: ſed vrgente nec ſitate (cum in repentinis neceſſitatibus, & ægritudinibus ferè omnibus ex ctare ſit ridiculum) exhibeatur medicamentum his cum conditionibus ele tempore (ſi fieri poſſet) nec eceſſiuè calido, nec intensè frigido.

Medicamenta exhibenda (vt diximus) Luna commorante in ♋ ♏ ♓, ♒ ♎ vt ſignis temperatè calidis, & humidis, potius decreſcente, quam c ſcente cum huiuſmodi aſpectibus Planetarum.

Purganda bilis Luna in ♋ in aſpectu ⚹ △ ♃ ♀. Phlegma in ⚹ △ ☉. M lancholia in ⚹ △ ♃; & tunc per electuaria, & bolos.

Per potiones exiſtente in ♋ ☽ purganda bilis in ⚹ △ ♀. Pituita in ⚹ △ vel ☉, Melancholia in ⚹ △ ♃.

Per pillulas Luna luſtrante ♓ expurgetur bilis cum aſpectu benefico ♀ pituita ☉, melancholia cum aſpectu ♃.

Poterit etiam tutò purgari corpus ſingulo menſe quolibet medicament electuarijs, potionibus, vel pillulis Luna permeante ♒ ♓ ♊ ♐ cum aſpe tamen beneficorum amico.

Coniunctio Iouis cum ☽ nocet in aſſumptione medicamenti; nàm natu hominis corroborando, impedit operationem, effectumque medicinæ.

Extrinſecus adhibenda humano corpori ſunt Balnea, tonſuræ capillorū reſectio vnguium, medela oculorum.

Balnea ſi applicentur gratia ſanitatis, Luna eò tempore ſit in ſignis co trarijs naturæ ægritudinis; vt ſi ægritudo fuerit ſicca eligatur ☽ in ſignis h midis

[h]idis ♋ ♏ ♓; ſi infirmitas humida Luna ſit in ſignis ſiccis ♉ ♍ ♑, & ſic de aliquis.

Crines præciduntur, vel vt pulchriores renaſcantur, & ſic tondantur creſcente Luna in ſignis ♉ ♍ ♎ in aſpectu ⚹, vel △ ♃ ♀ nullis maleficorum radijs afflicta; ſi verò adhoc, vt capilli non renaſcantur celeriter, tunc præcidantur Luna decreſcente in ♋ ♏. cum aſpectu ☉ ☿.

Vngues reſecantur generaliter creſcente ☽ in ♈, ♉ ♌ ♎ cum amicabili radio ☉ ♀.

Oculi optimè curantur, & circà ſuffuſiones, aliaque manu Lithotomi cum beneſico radio ⚹ △ ♃ ♀ exiſtente Luna in ♋ ♉ ♊ ♒ ♓ ♐ ♎.

Circa morbos epidemiales hæc ſcienda. Morbi epidemij, populares, & generaliter graſſantes, ex aeris conſtitutione ortum habent, vt docet Hippocr. experientia; quandò enim aer in Anno declinabit ad nimiam ſiccitatem, vel humiditatem ſuperfluam, morbi populares contingunt; nàm immodica ſiccitas generat febres acutas ardentes, phrenitides, variolas, morbillos, obtalmias, affectus capitis, dolores, & ſimilia; humiditas verò febres diuturnas longas, alui profluuia, anginam, apoplexiam, defluxus humorum, apoſtemata, & alia, quæ omnia deſumuntur ex ventorum ſpiratione, circa quæ aliqua ſubiungimus multis experimentis, ac ratione ſtabilita.

Euri in anno dominantes excitant vagantes paſſim febres ardentes, bilioſas, acutas, & in his exanthemata, puſtulas, carbunculos, tumores, efferueſcentias, morbillos, variolas, & ſimilia tempore æſtatis contingent; in hyeme rigidiſſimum tempus adducendo oculos, nares, aliaſque partes exaſperant & moleſtant.

Subſolani in medio æſtatis calorem augent, æſtum, & bilem augent febres pariunt acutas cum ſiti, & ſiccitate maxima; Hyeme verò, & Vere (ſi diutius perdurant) catharros, ac fluxiones excitant; nàm mediocriter flantes ſalubritatem adducunt.

Euronoti humores exiccant, hinc morbos atrabilarios, & melancoliam generant humorum omnium peſſimam.

Auſtri viſum habetant, grauant caput, humores diſſoluunt, corpora putrefaciunt, & humores; fluxiones excitant in tonſillis, & pulmonibus; raucedines tuſſes, vertigines, apoplexiam, epylepſiam, ſurditatem, oculorum lippitudines, abortiones mulierum, ſimiliaque procreant, quos effectus venti etiam Auſtro collaterales producunt.

Fauonius Autumno eadem prædicit quæ Auſter; Vere autem, & AEſtate eſt ſaluberrimus præſertim in Italia cum ſit frigidus.

Circius, Corus flant in principio Veris, & fine Autumni; quibus temporibus nimbos, procellas, fulmina, & ſimilia adducunt; nocent muſculis, neruis, articulis, generant rigores, pleuritides, laſſitudines, arctuum contractiones, & ſimilia.

Boreas catharros excitat, anginas, pleuritides, defluxus in pectus, & partes adiacentes. De motoribus ventorum diximus, cum Saturnus Orientales,

Mars

Mars Occidentales, Iuppiter Boreales, & Venus Auſtrales producant.

De his plura dicemus Deo dante in libro de Anni Conſtitutione ex ment Hippocratis, & lib. de diebus criticis; interim Medicos hortor pro viribus vt ſaltem Lunæ motus calleant pro prçciſa dierum criticorum cognitione; n in exhibitione medicamentorum, alijſque operationibus errores committan cum animæ detrimento, vt bene diſputat Auguſtin. Anconitanus, conclude tandem Medicos peccare mortaliter. Nàm dies critici à motu Lunæ ducur originem; quæ cum à principio ægritudinis peragrauerit grad. 90. conſtitu ſeptimam diem, quandò gr. 180. quartadecimam, quandò gr. 270. dies v geſima critica conſtituitur; hinc cum Luna aliquandò celerius, aliquand tardius moueatur, dies critici non ſemper eumdem ordinem obſeruabunt, & ſeptima dies critica aliquandò incidet in octauam, aliquandò in ſextam; & ex his iudicent quanti hæc ſint momenti, & præſertim (præter alia) in pro gnoſticis condendis; cum naturæ motus factus v. g. in die ſexta decidatu maximi nocumenti ægroti; ac re vera eſſe poſſet in die critica, & ſeptim cum ægroti leuamine, & ſalute; quo conſilio his finem imponimus.

ASTROLOGICÆ OBSERVATIONES in Agricultura.

PLANTAE ſurculi, & omnia, quæ à Natura in terra producuntu à Lunæ motu ſuſcipiunt incrementum, ac decrementum, quæ cur apparentia ſint, alia demonſtratione non indigent Agriculis plan nota; ſic a Solis circuitione eadem creſcunt orientia, adoleſcunt, & ſeneſcunt tandem ad interitum; diligens ea propter Agricula circa ſemina tionem, arborum plantationem, plantarum inſitionem, ſurculorum, arbo rum, & vitium putationem, ſtercorationem, aliaque ad Agriculturam ne ceſſaria ſummo ſtudio debet incumbere vt terra, & in ea plantæ detriment non patiantur, ac fructus vberior colligatur. Inter alia ergò præcipuè Satu nus cõſiderandus eſt, qui Agriculturæ dominatur, terræ, & ſationi, cuiu optimam conſtitutionem eligere debemuſ in operationibus, qui nempè ſit i benefico aſpectu Iouis, vel Veneris à quibus cultura terræ adiuuatur: ipſequ Saturnus bene diſpoſitus, non retrogradus, non peregrinus, non combuſtu ſi fieri poſſent; ſed vel in aliqua ſuarum dignitatum, vel in bono aſpectu Lu næ omninò libera radijs Martis, qui deberet eſſe debilis, cadens, peregrinu combuſtus, nec potens.

Seminatio fiat Luna aucta motu in ſignis mobilibus ♈ ♎ ♋ ♑, vel in ♉ ♍ ♎ ♓ in aſpectu benefico ⚹ △ Saturni; Et ſi terra ſit humida, vel humid ſemen inijciendum, Luna reperiatur antè coniunctionem decreſcens in ♍ ♐ ♈, Si verò terra fuerit arida, vel aridum ſemen, ſeratur Luna creſcente i ♋ ♓ aucta motu cum radio dicto Saturni, quæ ſicut Saturnus cum Ioue, au Venere ſit configurata; Si terra fuerit mediocris conditionis, nec arida ne

humi-

humidior, & ſic ſemen inijciendum ſeratur Luna in ♎.

Plantatio debet fieri exiſtente Luna coniuncta Saturno, vel in eius ✶ △ aſpectu libera à corpore, & radijs Martis in fixis ♉ ♌ ♏ ♒ cum aſpectu Veneris, vel Iouis.

In plantatione arborum, & vinearum, ſicut in foſſione Aſcendens ſit ſignũ fixum, laudaturque Luna in ſignis terreis ♉ ♍ ♑ cum aſpectu Saturni.

Inſitio arborum, & putatio fiant Luna decreſcente in ♒ præſertim, configurata ♃, vel ♀.

Hortorum cultiuatio debet fieri Luna in ♎, vel in ♒ dignitatibus Saturni, & agri colendi à coniunctione luminarium, vſque ad oppoſitionem.

Pro conſtruendis ædificijs ſecanda, & incidenda ſunt ligna ab oppoſitione luminarium ad coitum ſequentem à 22. Nouembris ad 22. Ianuarij, Lunaq; ſit in ſignis terreis ♉ ♍ ♑ cum teſtimonio Saturni; debet autem hoc fieri tẽpore Hyemis ob ſucci ſubtractionem, qui de facili tribueret materiam cariei, ac putrefactioni; Pro igne incidenda ſunt Luna creſcente, & melius in prima quarta cum teſtimonio ♃, aut ♀.

Stercoratio ſi quæramus multitudinem ſeminis facienda eſt Luna decreſcẽte; ſi verò fenum, vel ſurculos Luna creſcente.

Fructus, vt mala, pira, & reliqua colligenda ſunt ſereno Cælo, Luna decreſcente Ioui, vel Veneri configurata.

Collectio vuarum pluuioſo Cælo reddit vinum aquoſum; tempore calido, & ſicco, vinum producit generoſum; vites enim tunc temporis nutriuntur ſucco terræ depurato abſumpta humiditate à radijs Solis.

Caſtratio Arietum, Iuuencorum, Suum, & aliorum animalium fit Luna decreſcente cum aſpectu beneficorum abſque radijs Saturni, aut Martis.

Oues tondendæ ſunt creſcente Luna.

DE NAVIGATORIA.

Aſtrologica Præcepta.

ANTEQVAM iter ſumatur per aquas ſumma diligentia contemplari oportet temporum mutationes in illis Lunationibus, quibus in itinere permeandum erit; coniecturaliter enim conſpici poterit an tunc temporis tempeſtates, pluuiæ, an ſerenitates contingendę ſint; Si poſt modum ad fuerint tranquillitatis ſigna more optimi Chriſticolę precibus ad Deum fuſis Nauis ingredienda eſt, quod eſt pręceptum ſupremũ. Obſeruationes, quas Antiqui experimentis comprobarunt extant plurimæ, aliquas recenſebimus non inanes, in quibus Lunæ conſtitutio, & aſpectus veniunt conſiderandi.

Iter incipiendum eſt Aſcendente ſigno aqueo (excepto ♏) vel exiſtente Luna in ſignis aqueis cum ♃, aut ♀, vel eorum radio ✶ △; Mars verò, & Saturnus, vel fuerint debiles, vel fortes non reſpiciant Aſcendens, & Lunam.

K No-

Nocent malefici ſicut Sol in Aſcendente, vel cum Luna ſicut radij eorum oppoſiti, & quadrati.

Nocent in Aſcendente, & cum Luna Stellæ procelloſæ, & violentæ, vt Pleiades, Hyades, Orion, Arcturus, Antares, Aldebaram, Hercules, Delphinus Argonauis, Canis maior, Canis minor, Hædi, Capella.

Malefici non debent dominari locis Aſcendentis, & Lunæ, niſi adſit aſpectus beneficus Iouis.

Malefici conſtituti in Aſcendente, vel alijs angulis non debent locis Lunæ & Aſcendenti imperari.

Mars eſt nocumenti conſtitutus in decima, vel vndecima domo.

Luna non ſit tempore itineris ingreſſus cum ☊ ☋, ſed ſit in dignitatibus beneficorum, & cum beneficorum aliquo radio ✶ □ △, vel cuniuncta beneficis; & ſupra terram; ſi verò infra terram ſit in 3. vel 5. domo.

Domini loci Lunæ, ac Aſcendentis debent eſſe validi, & benefici, in angulis, orientales, liberi à maleficis, cum aſpectibus amicis beneficorum, in ſuis dignitatibus, non peregrini, non combuſti, non cadentes, debiles, nec in locis figuræ abiectis, vt 6. 8. 12. nec cum Planetis retrogradis, nec ipſi retrogradi; Reliquæ obſeruationes non careant Arabum ſuperſtitionibus quas conſultò omittimus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

ASTRO-

ASTRONOMICORVM LIBER TERTIVS.

DE SIGNORVM ZODIACI QVALITATE, & multiplici eorum diuiſione, necnon dominio ſuprà loca orbis. Cap. I.

IN priori Aſtronomicorum libro duo diximus in cæleſtibus lationibus contineri, Circulos nempè, & Stellas; Stellaſq; vel errantes, vt ſeptem Planetæ, Saturnus, Iuppiter, Mars Sol, Venus, Mercurius, & Luna; vel fixas vt 48. Imagines, Aſteriſmi, ſeù Conſtellationes poſitæ ſab Antiquoribus, & mox duodecim repertæ aliæ in parte Cæli Auſtrali, & propè Polum Antarcticum à nobis Europæis non viſæ, de quibus in ſequentibus diſſeremus ſuo loco; Circulos verò alios maiores, alios minores; & inter maiores Zodiacum, ſigniferum, ſeù obliquum, circa quem Planetę ſuos curſus dirigētes extant omnium inferiorum generationis cauſa, & interitus; de cuius paſſionibus, qualitatibus, atque diuiſionibus ſolum hic diſcutiendum eſt, cum de alijs alterius ſit conſiderationis.

Diuiditur Zodiacus in duodecim æquas partes, quas vocant ſigna cæleſtia, præfixis eis nominibus animalium, vel ob proprietates conuenientes cum animalibus, vel ob ſitum Stellarum in illis locis, quæ referant effigiem, ſeù ſimilitudinem animalium; quorum nomina, & characteres ſunt,

1 Aries ♈	2 Taurus ♉	3 Gemini ♊	4 Cancer ♋	5 Leo ♌	6 Virgo ♍
7 Libra ♎	8 Scorpio ♏	9 Sagittarius ♐	10 Capricorn. ♑	11 Aquarius ♒	12 Piſces ♓

Signum quolibet continet triginta gradus, ſeu partes in longitudine; hinc totus Zodiacus conſtabit gr. 360. ſicut quilibet alius circulus; gradus continet minuta 60. quæ vocantur etiam ſcrupula; minutum continet ſecunda 60. ſecundum tertia 60. & ſic deinceps ſi libuerit vſque ad decima; quamuis in ſupputationibus Aſtronomicis vtimur ſolum minutis, & ſecundis.

Diuiduntur hæc ſigna multipliciter, & primo in quatuor quadrantes correſpondentes quatuor anni Temporibus; Primus quadrans Vernalis calidus, & humidus, ſanguineus, puerilis continet tria ſigna ♈ ♉ ♊. Secundus Aeſtiuus calidus, & ſiccus, colericus iuuenilis continet ♋ ♌ ♍. Tertius Autumnalis frigidus, & ſiccus, melancholicus virilis continet ♎ ♏ ♐. Quartus Hyemalis frigidus, ac humidus ſenilis phlegmaticus continet ♑ ♒ ♓.

Diuiduntur diuiſione elementorum; alia ſigna ignea calida, & ſicca ♈ ♌ ♐; alia terrea frigida, & ſicca ♉ ♍ ♑; alia aerea calida, & humida ♊ ♎ ♒; alia aquea frigida, & humida ♋ ♏ ♓.

Signorum alia maſculina diurna, ac proindè calida, ſuntque ♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒ alia fœminina, nocturna, & frigida, vt ♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓.

Alia Borealia, ſeu Septemtrionalia; alia Meridionalia, ſeu Auſtralia; Signa quæ ab æquinoctiali flectuntur verſus Septemtrionem dicuntur Septemtrionalia, & comprehendunt totum ſemicirculum primum Zodiaci ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍, quę deflectuntur verſus Auſtrum dicuntur Meridionalia, vt ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓, comprehendentia poſteriorem ſemicirculum Zodiaci.

Diuiduntur etiam ſigna in mobilia, fixa, & communia; Mobilia vocata Cardinalia, quæ quatuor anni Cardines, & Tempora conſtituunt ſunt duo Solſtitialia, ac duo AEquinoctialia; ex ingreſſu enim Solis in puncta ♈ ♎ conſurgunt AEquinoctia Veris, & Autumni; ex introitu in puncta ♋ ♑ Solſtitia AEſtatis, & Hyemis.

♈ ♎ AEquinoctialia.

♋ ♑ Solſtitialia, & Tropica.

Signa fixa ſunt, quæ conſequuntur Tropica, & AEquinoctialia, vocantur fixa, quia Sole in illis verſante Tempus anni figitur, & euidentius qualitates temporum cognoſcuntur, calor nempè, frigus, humiditas, ac ſiccitas; ſunt autem ♉ ♌ ♏ ♒.

Communia conſtituuntur inter mobilia, & fixa, retinentque naturam participantem cum antecedentibus, & conſequentibus; ſunt ♊ ♍ ♐ ♓; quæ vocantur duplicia, & bicorporea etiam, quia duobus corporibus figurantur.

Signa quadrupedia ſunt ♓ ♉ ♌ ♐ ♑.

Signa

Signa prolifica ſunt ♋ ♑ ♓. Sterialia ♊ ♌ ♍.
Signa humana ♊ ♍ ♒, & medietas ♐ prior.
Signa feralia ♌, & vltima pars ♐.
Venenoſa ♏, & ſerpentis ſtellæ fixæ.
Mutilitata ♉, Caput Nedusæ.
Aquatica ♓, Delphinus.
Vincta Cepheus, Andromeda.
Ducalia Coronæ Ariadnes Auſtralis, & Borealis.
Naufraga, Argus, Nauis.

Signa Antiſcia, intuentia, ſeu eiuſdem potentiæ ſunt, quæ diſtant à Tropicis æqualiter, & in his Sol verſans æquales ſupra terram conſtituens parallelos, noctes, dieſque æquales producit; nam verbi gratia 10. gr. ♉ eſt Antiſcium gr. 20. ♌, dies ſunt æquales, & noctes commorante Sole in gr. 10. ♉, & 20. ♌; & vtrique diſtant à Tropico, & principio ♋ æquali ſpatio.

Si Stella, vel locus, cuius quærimus declinationem vltra integros gradus obtinuerit minuta, tunc capienda eſt pars proportionalis pro dictis minutis addenda, vel minuenda à reperta declinatione cum gradibus integris, prout declinatio creſcit, vel decreſcit hoc modò. Angulus communis declinationis repertus cum gradibus conferendus eſt cum numero immidiatè ſequẽti, & de differentia ſumenda eſt pars proportionalis pro minutis dictis, quæ addenda eſt numero prius inuento ſi (vt diximus declinatio augeſcit) & minuenda ſi decreſcit. Exempli gratia, quæratur declinatio grad. 13. 23′. ♌ ſine latitudine. Cum grad. 13. ♌ declinatio elicitur grad. 16.58′. cum grad. 14. ſequenti grad. 16 41′. Differentia eſt m 17. ſubtrahẽnda cum declinatio decreſcat; de his m. 17. capiendo partem proportionalem pro m. 23. vltra gr. integros 13. ♌ competent m. 6 abiectis ſecundis; quibus detractis à prius inuenta declinat. gr. 16. 58′. conſtituetur declinatio quæſita gr. 16. 52′.

Schema.	G	l	
Declinatio cum gr. 13. ♌	16	58	
cum gr. 14. ♌	16	41	
Differentia	0	17	
Pars proport. pro. m. 23.	0	6	ſubtrahenda.
Declinatio quæſita	16	52	

Si

Si Planeta vel Stella habuerit latitudinem graduum tantummodò tunc ſimplici ingreſſu, ſi latitudo fuerit Septentrionalis in dextra facie Tabulæ, ſi Meridiana in ſiniſtra è directio gradus ſigni eruetur declinatio, vt diximus. Verum ſi ad fuerint etiam minuta latitudinis, vt ferè ſemper contingit, tūc indaganda eſt differentia inter numerum repertum cum gradibus integris latitudinis, & collateralem, capiendaque eſt pars proportionalis pro dictis minutis latitudinis addenda ſi collateralis fuerit maior, minuenda ſi minor; exempli gratia:

Quæratur declinatio grad. 13. ♌ cum latitudine grad. 2. 25′. Meridiana è directo gr. 13. ♌ cum latitudine grad. 2. Meridiana declinatio reperitur grad. 15. 3′. in collaterali grad. 3. latitudine reperitur gr. 14. 5′. differentia eſt m. 58. minuenda cum numerus collateralis ſit minor; capiendo partē proportionalem pro m. 25. latitudinis de m. 58. competent m. 24. ferè, quæ ſubtracta à reperta declinationē gr. 15. 3′. conſtituent quæſitam declinationem gr. 14. 39′.

	G	′
In gr. 13. ♌ cum latitud. gr. 2	15	3
cum latitud. gr. 3.	14	5
Differentia.	0	58
Pars proportionalis ſubtr.	0	24
Vera Declinatio	14	39

Aliud exemplum complectens omnes operationes; quæratur Declinatio gr. 20. 37′. ♒ cum latitudine gr. 3. 28′. Septentrionali, corrigenda eſt declinatio tàm ratione minutorum longitudinis, quàm latitudinis; primò ratione longitudinis tali pacto, è directo gr. 20 ♒ incipiendo numerationem à cal c cum ſit in parte aſcendente ſub columna latitudinis Septentrionalis gr. 3. reperitur declinatio gr. 12. 1′. è directo gr. 21. ſequentis gr. 11. 42′. differentia eſt m. 19. minuenda cum Declinatio decreſcat; pro minutis 37. vltra integros gradus longitudinis (vt conſpicitur in Tabula Sexagenaria cuius vſum edocebimus) competent m. 11. 43″. (& abiectis ſecundis, quæ dificiūt) m. 12. quæ ſubtracta ab inuenta declinatione gr. 12. 1′. conſtituent æquatam declinationem ratione longitudinis gr. 11. 49′.

Corrigenda deinde eſt declinatio ratione latitudinis tali pacto: è directo gr. 20. ♒ cum latitudine gr 3. Septemtrionali elicitur declinatio gr. 12. 1′. cum latitudine gr. 4. ſubſequentis gr. 11. 4′. Differentia eſt m. 57. minuenda cum collateralis numerus decreſcat; de quibus ſi ſumemus partem proportionalem pro m. 28 vltra gr. 3. integros latitudinis, competent m. 26. 36′. & m. 27. pro facilitate, auferenda ab inuenta declinatione correcta ratione longitudinis, & prodibit declinatio quæſita gr. 11. 22,

	G	'
Declinatio cum gr.3.latit. Septemtr. 20. ♒	12	1
Declinatio 21. ♒	11	42
Differentia	0	19
Pars proportionalis pro m. 37. auf.	0	12
Declinatio correcta ratione longit.	11	49

	G	'
Declinatio cum gr.3. latit. Septemtr.	12	1
Declinatio cum gr.4.	11	4
Differentia	0	57
Pars proportionalis pro m.28.latit.	0	27

	G	'
Declinatio correcta ratione longitudinis	11	49
Pars pro min. latitudinis ſubtrah.	0	27
Declinatio omnibus numeris abſoluta	11	22

Scala, quæ conſpicitur in Tabula eſt limes, & terminus Declinationis Meridianæ, & Septemtrionalis; nam loca ſupra ſcalam habent Declinationem Septemtrionalem, ſub ſcala Meridianam; Accidit aliquando (licet raro) hanc ſcalam intercipere angulum communem, & ſequentem arealem, vel collateralem, & declinatio variat denominationem; in hoc caſu idcirco ſic procedendum.

Si ſcala conſiſtit inter angulum communem, & ſequentem arealem, iungè ſimul vtroſque numeros, & de aggregato ſume partem proportionalem pro minutis vltra integros gradus, vt ſuprà, quæ ſubtrahenda eſt ab angulo communi, ſi angulus fuerit maior, conſurget que declinatio quæſita eiuſdem denominationis cum angulo communi. Si angulus fuerit minor, ipſe ſubtrahendus eſt à parte proportionali, & declinatio erit alterius denominationis, quam anguli communis.

Si ſcala conſiſtit inter angulum communem, & collateralem, primò corrigenda eſt declinatio, vt ſupra ratione longitudinis; poſteà addendus eſt angulus collaterali, & de aggregato ſumenda pars proportionalis pro minutis latitudinis; Pars proportionalis, quando eſt maior angulo communi accipit denominationem contrariam ſigno loci, cuius quæris declinationem, ſi eſt minor retinet eandem. Deinde videndum, an declinatio priùs correcta ratione longitudinis; & hæc pars proportionalis ſint eiuſdem denominationis Meridianæ, vel Septentrionalis, ſi ſint eiuſdem, ſubtrahe partem proportionalem (ſi fieri poteſt) à declinatione, & prodibit declinatio quæſita; ſi declinatio erit ſubtrahenda a parte proportionali, declinatio erit contrariæ denominationis loci, cuius quæritur declinatio.

Declinatio per Trigonometriam cuiuslibet puncti eclipticæ, & qua ratione tabulæ ſunt conſtructæ indagatur tali pacto

Sicut radius ad ſinum maximæ declinationis: ita ſinus loci diſtantis a Aequinoctio ad ſinum declinationis queſitæ. Sit indaganda declinatio gr. 2. ♎. qui totidem 24. diſtat à puncto æquinoctiali; maxima declinatio noſtri temporis eſt gr. 23. 31′. 30″. cuius ſinus eſt 39915. grad. diſtantiæ 24. ſinus eſt 40674. tunc

Sicut 100000. ad 39915. ita 40674. ad 16235. quibus in tabella ſinuum reſpondet gr. 9. 20′. abiectis ſecundis declinationis quæſitæ.

RECTAM ASCENSIONEM, TAM CVM Latitudine, quàm ſine, elicere, ſicut aſcenſionem, & deſcenſionem obliquàm ad omnes Poli Borealis eleuationis. Cap. XVIII.

EODEM ordine indagantur Aſcenſiones Rectæ, & Obliquæ quo vſi ſumus in elicienda declinatione, cum eodem modo Tabulæ ſint conſtructæ. Pro venanda ergo aſcenſione recta ingredere Tabulam Aſcenſionum Rectarum cum loco Planetæ, ſeu alterius, cuius queritur aſcenſio cum latitudine ſi quàm habuerit, & in angulo communi reperies intent. Verbi gratia, quæratur recta aſcenſio grad. 18. ♊. cum latitudine grad. Meridiana, reperto ſigno ♊, è directo grad. 18. in columna latitudinis Meridianæ 2. gr inuenies grad. 77. 9′. computandos à principio ♈; & hæc vera aſcenſio recta illius loci. Si vltrà integros gradus adfuerint etiam minuta longitudinis, & latitudinis, tunc (ſicut in declinatione) pro longitudine conferendus eſt angulus communis cum areali immediatè ſequenti, & de differentia ſumenda pars proportionalis pro minutis, quæ erit addenda priùs repertæ aſcenſioni cum gradibus integris, & conſtituetur aſcenſio æquata ratione longitudinis; Pro latitudine conferendus eſt angulus communis cum collaterali ſequenti, & de differentia ſumenda pars proportionalis pro minutis latitudinis minuenda, vel addenda prout latitudo augetur, vel minuitur. Exempli gratia, quæratur recta aſcenſio grad. 18. 43′. ♊. cum latitudine grad. 2. 38′. Meridiana. Cum grad. 18. vt diximus aſcenſio recta fuit reperta gr. 77. 9′. cum gr. 19. reperitur grad. 78′. 13. Differentia eſt min. 64. de quibus pro minutis longitudinis 43 competunt min. 46 paruifacientes ſecunda quæ addita inuentæ aſcenſioni 77. 9′. conſtituunt æquatam aſcenſionem rectam ratione longitudinis grad. 77. 55′. Reperta aſcenſio cum grad. 2 latitudinis eſt grad. 77. 9′. in collaterali ſub columna gr. 3 latitudinis eſt grad. 77. 15′. Differentia eſt min. 6. de quibus pro min. 38. latitudinis competunt min. 4. ferè addenda (quia numerus collateralis augetur) æquatæ aſcenſioni ratione longitudinis, & conſtituent veram rectam aſcenſionem omnibus numeris abſolutam grad. 77. 59′.

Aſcenſio recta cuiuslibet puncti eclipticæ per triangula hoc pacto elicitur; ſicut radius ad tangentem loci diſtantis a proximo Aequinoctio; ita ſinus complementi maximæ declinationis ad tangentem aſcenſionis rectæ. Queratur recta aſcenſio grad. 24. ♈. cuius tangens 44523. complementum maximè declinationis eſt 66.28′.30″. cuius ſinus 91683. tunc

Sicut 100000. ad 44523. ita 91683. ad 40820. quibus reſpondet in tabula tangent. gr. 22.12. Hoc pacto conſtructæ ſunt tabulæ aſcenſionum rectarum. Si quis verò compendioſa methodo aſcenſiones rectas ſupputare cupiet, adeat noſtram Aſtronomicam epitomem, & præcipuè cum latitudine qualibet tam Auſtrali, quam Boreali.

Aſcenſio obliqua eruitur eodem modò in noſtris Tabulis Primi Mobilis in omnibus Poli Borealis eleuationibus ab 1. ad 60. In hoc compendio poſuimus tantummodò Tabulas ad Altitudinem Romę, & Venetiarũ in reliquis docentes, quomodò aſcẽſiones, & deſcenſiones obliquæ eliciantur alio methodo.

Exploretur aſcenſio obliqua ſub altitudine Poli Romæ 41.50′ gr. 15.32′. ♌ cum latitudine gr. 1. 40′. Meridiana. E directo gr. 15. ♌ cum latitudine gr. 1. Meridiana reperitur aſcenſio obliqua, gr. 122.53′. in gr. 16. ♌, immediate ſequenti gr. 124.10′. Differentia eſt gr. 1 m. 17. de quibus (per Tabulam Sexagenariam) competunt pro m. 32. vltra gr 15. m. 41. addenda; & ſic erit æquata aſcenſio obliqua ratione longitudinis gr. 123. 34′. Deindè ſub columna gr. 1. latitudinis Meridianæ, è directo gr. 15. ♌, aſcenſio fuit reperta gr. 122.53′. ſub columna collaterali gr. 3. latitud. reperitur 123. 31′. Differentia eſt m. 38. de quibus competunt proportionaliter pro m. 40. latitudinis, m. 25. cum 20″. parui faciendis addenda correctæ aſcenſioni ratione longitudinis, cum numerus collateralis creſcat; & ſic vera aſcenſio obliqua gr. 15.32′. ♌ cum latitudine Meridiana gr. 1. 40′. erit gr. 123.59′.

	G	′
Aſcenſio obliqua currecta ratione longitudinis	123	34
Pars proportionalis pro m. latit. add.	0	25
Aſcenſio obliqua quæſita	123	59

Pro elicienda aſcenſione obliqua ad alias Poli eleuationes cum non adſint Tabulæ; ſumenda eſt aſcenſio recta loci illius, cuius quæritur aſcenſio obliqua, & ſumenda declinatio, cum quà in Tabula differentiarum Aſcenſionalium ſub competenti eleuatione Poli ſumitur differentia aſcenſionalis, quæ ſubtracta ab aſcenſione recta in primo ſemicirculo, videlicet ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ vel addita in poſteriori ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ conſtituet aſcenſionem obliquam quæſitam.

Quæratur, exempli gratia, aſcenſio obliqua ſub eleuatione Pol. grad. 44. grad. 20. ♌ ſine latitudine. Aſcenſio recta illius loci eſt grad. 142. 26′.

Declinatio reperitur gr. 14. 52'. In tabula Differentiarum aſcenſionaliun in columna gr. 44. Poli è directo gr. 14 declinationis reperitur aſcenſionali differentia gr. 13. 56'. è directo gr. 15. reperitur gr. 15. 0'. de hæc differentia, quæ eſt m. 64. pro m. 52. declinationis vltra gr. 14. competunt m. 55 cum aliquibus ſecundis addenda, & ſic differentia aſcenſionalis erit gr 14 51'. Hæc differentia aſcenſionalis aufertur ab aſcenſione recta cum ♌ ſit i primo ſemicirculo.

	G	'
Aſcenſio recta gr. 20. ♌.	124	26
Differentia Aſcenſ ſubtr.	14	51
Aſcenſio obliqua	127	35
In Tabulis noſtris	127	35

Simili modò indagatur aſcenſio obliqua loci obtinentis vltra gradus integros etiam minuta, ſicut cum latitudine graduum, & minutorum; nam ſumitur aſcenſio recta cum latitudine, ſicut declinatio, & cum declinatione eruta aſcenſionali differentia, indagatur aſcenſio obliqua cum latitudine

Deſcenſio obliqua in Tabulis indagatur ſumendo aſcenſionem loci oppoſiti, & ſi locus (cuius quæritur deſcenſio) obtinuerit latitudinem capiendo latitudinem oppoſitã; repertæ deindè aſcenſioni loci oppoſiti, addenda eſt medietas circuli, & gr. 180. ſi locus cuius quæritur deſcenſio fuerit in poſteriori ſemicirculo, & minuendi gr. 180. ſi fuerit in primo ſemicirculo, & quod conflabit erit obliqua deſcenſio. Verbi gratia, ſi quæratur deſcenſio obliqua gr. 20. ♒ ſub altit Pol. 44. ſumenda eſt aſcenſio obliqua loci oppoſiti, ſcilicet gr. 20. ♌, quæ eſt 127. 35'. cui additi gr. 180. conſtituent aſcenſionem obliquam gr. 307. 35'.

Sub eleuatione Poli Romæ, Deſcenſio obliqua quæratur grad. 20. ♌ cum latitudine Boreali grad. 5. Sumemus aſcenſionem obliquam 20. ♒ cum latitudine Meridiana gr. 5. oppoſita, quæ eſt gr. 342. 41'. à quibus ſubtractis gr. 180. cum quæratur deſcenſio in primo ſemicirculo, remanebit deſcenſio obliqua gr. 162. 41'.

Pro indaganda deſcenſione obliqua in alijs Poli eleuationibus differentia aſcenſionalis reperta, vt diximus cum declinatione addenda eſt in primo ſemicirculo Aſcenſioni rectæ, & minuenda in poſteriori contrario modò, quam in Aſcenſione elicienda; & conſurget quæſita deſcenſio. Res eſt clara, quia credamus hæc peruentura in manus non omnino Artis ineruditorum.

Supputantur differentiæ aſcenſionales per trigonometriam tali ratiocinio: Sicut radius ad tangentem eleuationis Poli, ita tangens declinationis ad ſinum differentiæ Aſcenſionalis. Quæratur differentia aſcenſionalis gr. 2 ♎ cuius declinatio eſt gr. 9. 20'. eius tangens eſt 16435. tangens eleuationis Pol. gr. 42. eſt 90040. tunc.

Sicut 100000. ad 90040. ita ad 14758. quibus in tabula ſinuũ correſpondet gr. 30'. differentiæ aſcenſionalis; & hoc ordine tabulæ ſunt conſtructæ vt in tabularum Aſtronomicorum methodo conſcripſimus.

ASCEN-

ASCENSIONE RECTA, ET OBLIQVA ſub quacunque Poli altitudine cognita, indagare quis gradus eclipticæ illis debeatur. Cap. XIX.

IN Tabula Aſcenſionum Rectarum (ſi quæratur locus Zodiaci in Sphæra recta) vel in Tabula Aſcenſionum Obliquarum ſub competenti Poli altitudine, quærè aſcenſionem, & è directo in ſiniſtro latere reperies gradum ſigni illi corriſpondentem, Verbi gratia, quæratur quis gradus eclipticæ conueniat gr. 110. 35'. aſcenſionum rectarum; in Tabula dicta Aſcenſionum Rectarum reperiemus competere gr 19. ♋. Verum ſi aſcenſionem non inueneris præcisè in angulo communi, tùnc facienda collatio inter repertum, & immediate ſequentem, & differentia erit portio, quę debetur vni gradui eclipticæ, poſtmodum aſcenſionem repertam minorem ſubtrahe à propoſita, & vethere regula aurea triū multiplicādo hoc ſuptractū per 60. & diuidendo per differentiam, ſeù portionem debitam vni gradui eclipticæ, & quod conſurgit addendum eſt gradibus Zodiaci primo inuentis. Exempli gratia, ſit aſcenſio recta gr. 273 26'. Videamus quis gradus Zodiaci illi correſpondeat in tabula aſcenſionum rectarum; è directo gr. 3. ♑, reperitur aſcenſio gr 273. 16'. nec præcisè gr. 273. 26'. Facta idcircò collatione inter hunc numerum, & ſequentem gr 274. 22'. Differentia eſt min. 66. portio, videlicet, quæ debetur vni gradui eclipticæ, & hoc eſt primus numerus pro regula; ſubtracta deindè aſcenſione recta gr. 273. 16'. ab aſcenſione propoſita gr. 273. 26' remanent min. 10. & hoc eſt ſecundus numerus, tertius autem eſt ſemper 60. nunc ducatur ſecundus in tertium, ideſt 10. in 60. producentur 600 qui numerus ſi diuidatur per primum, & 66. elicientur m 9. quæ addenda ſunt gr. 3. ♑, & ſic aſcenſioni rectæ gr. 273. 26'. correſpondent gr. 3. 9' ♑.

Eodem ordine procedendum in Aſcenſionibus obliquis. In Deſcenſionibus autem, ſi deſcenſio ſit in primo ſemicirculo addendi ſunt gr. 180. ſi in ſecundo ſubtrahendi, & quærendus gradus Zodiaci illis correſpondens; & ab inuento gradu ſigni in priori ſemicirculo ſubtrahenda ſunt ſigna ſex & in ſecundo addenda, vt eliciatur verus eclipticæ locus conueniens. Verbi gratia, ſit ſub eleuatione Pol. 41. 50'. deſcenſio obliqua grad. 13. 32'. cum ſit in priori ſemicirculo addendi ſunt grad. 180. & conſurgent grad. 193. 32'. quibus correſpondent grad. 10. 37. ♎, ab his ſi demantur ſex ſigna prodibunt grad. 10. 37'. ♈, correſpondentes grad. 13. 32'. deſcenſionis obliquæ. Similiter procedendum in ſecundo ſemicirculo addendo grad. 180. & ſex ſigna,

DE DIVISIONE CÆLI IN CÆLESTI FIGVRA & ſumenda diſtantia à Medio Cæli.

Cap. XX.

DIVIDITVR figura cæleſtis in duas partes, in aſcendentem & deſcendentem; aſcendens eſt medietas incipiens à linea Ir cæli vſque ad medium cæli per viam Orientis, ſicque domus 1: 3.12.11.10. ſunt in parte aſcendente; deſcendens vocatur à m dio cæli ad lineam Imi cæli, & quartæ domus per viam Occidentis in q ſunt 9.8.7.6.5.4. domus. In parte aſcendente vtimur aſcenſionibus, deſc dente deſcenſionibus in directionibus abſoluendis, alijſque operationibus.

Pro capienda diſtantia à Meridiano, ſeù Medio cæli; ſi Stella, vel ali eclipticæ locus fuerit inter Medium cæli, & Oriens, vel inter Imum cæli, Occidens, ſubtrahendæ ſunt aſcenſiones rectæ Medij, vel Imi cæli ab aſce ſionibus rectis Stellæ, vel alterius loci; & prodibit diſtantia quæſita. Si rò Stella fuerit inter Medium cæli, & Occidens, vel inter quartam, & pri tunc ſubtrahendæ ſunt aſcenſiones Stellæ ab aſcenſionibus Medij cæli, Imi, ſeù quartæ domus.

Diuiditur etiam figura cæleſtis in duaſ partes, in partem ſupra terram; ſub terra; linea Aſcendentis, ſeù anguli Orientalis, vſque ad Occidens, lineam ſeptimæ domus per viam Medij cæli vocatur ſupra terram, quo tio Sol eſt ſupra noſtrum Hemiſphærium; & linea Occidentis, vſque ad li Orientis per viam Imi cæli vocatur ſub terra; hæc autem neceſſaria ſunt eruendo circulo Poſitionis, vt dicemus inferius.

DE DIRECTIONIBVS IVXTA FORMA RATIONALEM.

DE DIRECTIONE MEDII CÆLI & Aſcendentis, ſeù Horoſcopi.

Cap. XXI.

PRO directione Medij cæli, ſeù lineæ Meridianæ, vel etiam Ste exiſtentis in Meridiano, ſubtrahendæ ſunt aſcenſiones rectæ M cæli ab aſcenſionibus rectis promiſſoris acceptis cum latitudine promiſſor ea præditus fuerit, & quod remanſerit erit Directio quæſita. pli gratia, ſit Medium cæli gr. 6. 30′. ♒, cuius aſcenſio recta eſt grad. 55′.

5'. & dirigendum ad trinum Veneris, qui incidat in gr. 29. 1'. ♓ . Subtra-
ctis aſcenſionibus rectis Medij cæli, ab aſcenſionibus trini Veneris prodibit
directio quæſita.

	G	'
Aſcenſio recta △ ♀	359	22
Aſcenſio recta M. C.	308	55
Directo quæſita	50	27

Si dirigendum ſit Aſcendens, ſeù Horoſcopus, & linea Orientalis, ſub-
trahendæ ſunt Aſcenſiones obliquæ (competentes eleuationi Poli Regionis)
Aſcendentis, ab obliquis promiſſoris ſumptis cum latitudine, ſi quam habue-
rit, prodibitque directio quæſita.

Sit Aſcendens grad. 0. 25'. ♊, cuius obſiqua aſcenſio ſub altitndine Pol.
4. 50'. eſt gr. 38. 55'. & dirigendum ad ☌ ☉, qui ſit in gr. 1. 37'. ♋, cu-
ius aſcenſio obliqua ſub eadem Poli altitudine eſt gr. 68. 52'. ſubtractis ab
his aſcenſionibus aſcendentis conſurget directio quæſita.

	G	'
Aſcenſio obliqua ☉	68	52
Aſcenſio obliqua Aſcend.	38	55
Directio quæſita	29	57

Pluribus non contendimus, cum res ſit facillima.

DE DIRECTIONE SIGNIFICATORVM extrà angulos in parte Cæli Aſcendente; & de circulis Poſitionum erigendis. Cap. XXII.

MERIDIANVS circulus tranſiens per Zenith noſtrum, ac Polos Mundi, & Horizon, ſeù Finitor interſecans Aequatorem in duas partes vocantur circuli Poſitionum; ſic quicumque circuli ducti inter hos circulos vocantur etiam Poſitionum, qui tot ſunt concipiendi, quot ſunt gradus eleuationis Poli Ciuitatis ſecundum cuius aſcenſiones obliquas conſtitutus eſt Finitor Orientalis; vt verbi gratia Romę conſtituemus interiacere inter Finitorem, & Meridianum 42. circulos Poſitionum, cum Altitudo Poli eius 42. gr & ſic de alijs.


Dirigendus locus, qui non ſit in Aſcendente, vel Meridiano, videndum est in quo horum circulorum interiacentium inter Meridianum, & Horoſcopum reperiatur; quo reperto dirigetur per aſcenſiones obliquas illius Poli eleuationis ad ſuos promiſſores non ſecus, ac eſſet in Aſcendente illius Re-

gionis; ſi enim, exempli gratia, locus dirigendus eſſet inter medium cæli, & Horoſcopum, repertuſqne obtineret Circulum Poſitionis 18. dirigetur ad ſuos promiſſores per aſcenſiones obliquas Pol. 18. quia verò in hoc ars tota conſtituit doceamus, quomodò hic circulus eliciatur.

Primò inuenienda eſt declinatio loci dirigendi, an ſit Meridiana, an Septemtrionalis, & hoc ex ſigno; nam primus ſemicirculus eſt Septemptrionalis, ſecundus Meridionalis; an deindè ſit ſupra terram, an ſub terra, quod ex loco dirigendo cognoſcitur. Secundò videnda eſt dicti loci dirigendi diſtantia à Medio cæli. His repertis ingredienda eſt Tabula Poſitionum congruens tuæ Ciuitati, & ſiniſtrorſum quære declinationem inuentam loci dirigendi in linea prima deſcendente, ſi declinatio fuerit Septemtrionalis ſupra terram, vel Meridiana ſub terra; & in aſcendente ſi declinatio fuerit Meridiana ſuprà, vel Septentrionalis ſub terra; è directo verò gradus declinationis reperiendi ſunt gradus diſtantiæ loci dirigendi à Medio cæli, & illicò in fronte tabulæ occurret circulus poſitionis, ſeù eleuationis Poli; quod ſi non inueneris præciſos gradus declinationis, & diſtantiæ à Medio cæli, ſumendi sũt proximiores, & ſine errore notabili fies voti compos. Exempli gratia in Genitura ſequente.

Figura Cæli.

273. 26.



Latitudines.			
♄	1	48	M.D.
♃	1	5	S. D.
♂	1	26	M.D.
☉	0	0	
♀	1	9	S. A.
☿	1	18	M.A.
☽	4	5	M.D.

Antiſcia.		
♎	15	39
♉	13	33
♎	22	44
♌	27	41
♋	26	2
♍	6	45
♐	6	30

In-

Indagetur circulus Poſitionis Lunæ. Declinatio Lunæ reperitur grad. 25 29'. Meridiana ſupra terram; eius recta aſcenſio gr. 296. 8' Aſcenſio rect Medij cæli eſt gr 273.26'. quę ſubtracta ab aſcenſione recta Lunæ conſtitu diſtantiã Lunæ à Medio cæli gr 22 42'. Ingreſſi Tabulam Poſitionis Romæ & repertis gr. 25.29'. declinationis Meridianę ſupra terrã, & è directo grad bus proximioribus diſtantiæ Lunæ à Medio cæli, ideſt gr. 22.42'. in ſumm tate ſe offeret numerus 29 eleuationis, & circuli Poſitionis; & dirigenda e Luna ad ſuos promiſſores per aſcenſiones obliquas Pol. 29 Aſcenſio obliqu Lunæ reperietur gr 311 28'. Si cupimus dirigere eam ad trinum radium V neris, qui incidit in gr. 3.58'. ♒, cum latitudine Meridionali gr. 0. 35'. (uius obliqua aſcenſio eſt gr. 318 54'. . Si ſubtrahamus aſcenſiones obliqu Lunæ ab his Veneris, reſultabit directio quæſita gr. 7. 26'.

	G	'
Aſcenſio obliqua △ ♀	318	54
Aſcenſio obliqua ☽	311	28
Directo	7	26

Sit ſignificator dirigendus inter Medium cæli, & Occidens, & ſit in hac gura pars fortunæ, quæ eſt in gr 27. 19'. ♓ eius declinatio reperitur gr 2 30'. Aſcenſio recta gr 267.5 .quæ ſublata ab aſcenſione recta Medij cæli g 273.26'. conſtituit diſtantiam ⊗ à Medio cæli gr. 5. 21'. Ingreſſi Tabula poſitionum cum gr 23.30'. Declinationis etiam Meridianæ ſupra terram, reperta diſtantia gr 6 21'. à Medio cæli è directo, vel numero proximior eliciemus in ſummitate Tabulæ circulum poſitionis 9. & ſub altitudine Po gr 9 ⊗ erit dirigenda.

Dirigatur ad terminos Iouis gr. 7. ♑ Deſcenſio obliqua ⊗ ſub dicta alti dine gr. 9. eſt gr. 263. 8'. nam aſcenſio obliqua gr 27. 19'. ♊ oppoſiti eſt 83 8'. quibus additi grad 180 conſtituunt deſcenſionem dictam gr. 263. Deſcenſio obliqua gr. 7. ♑ eſt gr. 273. 42'. A quibus ſubtracta deſcenſio ⊗, remanet directio quæſita gr. 10. 34.

Cæterum cum rariſſimè reperiatur præciſe numerus diſtantiæ à Medio c li, ſi quis ſcrupuloſius hanc partem pertractare voluerit, vtendum eſt pa proportionali, prout ſuperius egimus, & hoc modo. Sumptus angulus c munis è directo gradus declinationis conferendus eſt cum collaterali ſeque ti, & de differentia (quæ eſt portio competens vni gradui eleuationis Pol capienda eſt pars proportionalis pro minutis, quibus angulus communis di fert à diſtantia à Medio cæli, quæ addenda eſt eleuationi Poli inuentæ, habebis dictam eleuationem ad gradus, & minuta.

Quod ſi etiam declinatio obtinuerit minuta vltra gradus; tunc ingrede cum Declinatione proximè minori, & extrahe circulum Poſitionis; Extr he alterum de inde circulum cum declinatione proximè maiori, & de diff rentia horum circulorum, & Poli; accipe partem proportionalem pro min

tis

ti declinationis vltra integros gradus, quam adde primæ eleuationi, ſi fue ri minor ſecunda, vel minue à ſecunda, ſi fuerit poſtrema maior. Exempl gratia.

Sit dirigendus in hac figura Mercurius (qui reperitur in gr. 23. 15′ ♈, cũ lat. 1. 18′. M.) Declinatio Mercurij Septentrionalis ſub terra eſt gr. 7. 51′. Aſcenſio recta gr. 21. 59′ quæ ſublata ab Aſcenſione recta Imi cæli, quæ eſt gr. 93. 26′. relinquit diſtantiam Mercurij ab Imo cæli gr. 71. 27′. Ingreſſi Tabulam è directo gr. 7. declinationis, non reperiuntur præcisè gr. 71. 27′. diſtantiæ, ſed proximiores gr. 68. 46. qui conferendi ſunt cum numero collaterali gr. 83. 29′ & differentia eſt gr. 14. 43′ videlicet portio, quæ debetur vni gradui eleuationis Poli; & hæc differentia erit primus numerus pro regula aurea; Videnda eſt deinde differentia inter angulum communem grad. 68. 46′. & diſtantiã à Medio cæli gr. 71. 27′. & eſt gr. 2. 41′. quæ eſt ſecundus numerus ducendus in tertium, ideſt 60. hoc modo; ſi gr. 14. 43′. dant gradũ vnum eleuationis Poli quid tribuent gr. 2. 41′. pro faciliori negotio reductis omnibus ad minuta gr. 14. 43′ ſunt m. 883. & gr. 2. 41′. ſunt min. 161. quæ multiplicata per 60. conſtituunt m 9668. quæ diuiſa per 883. tribuent min. 11. circiter, & vltra gr 41. eleuationis Poli aderunt etiam m. 10. cum quo dirigendus eſt Mercurius; ſimili ratiocinio vtendum in declinatione quandò non reperitur eadem adamuſſim, quod in hoc cauſa non eſt neceſſarium cũ æqualiter gr. 7. & 8. declinationis porrigant differentiam inter Pol. 41. & 42.

Dirigendus ergò ſit Mercurius ſub eleuatione Pol gr. 41. 10′; eius diclinatio eſt gr. 7. 51′. Aſcenſio recta gr. 21. 59′. Differentia aſcenſionalis ſumpta cum gr. 41. 10′. eleuationis eſt, gr. 6. 54′. quæ dempta ab aſcenſione recta relinquit aſcenſionem obliquam Mercurij gr. 15. 5′. Sit promiſſor corpus Solis, qui reperitur in gr 2. 19′. ♉ cuius obliqua aſcenſio eſt gr. 19. 10′. à qua ſubtracta aſcenſione obliqua Mercurij conſurget directio quæſita gr. 4. 5′.

Poſuimus infra Tabulas Poſitionum ad latitud gr. 42. & 45. quæ ſine notabili errore circumiacentibus poterũt inſeruire gr. 41. 43. 44. 46. ſi verò in alijs Poli eleuationibus ſit dirigendum, conſulantur noſtræ Tabulæ Primi Mobilis. Ceterum cum his tabulis non ſolum dirigere poſſumus ſignificatores ad quoſcumque Planetarum radios, & corpora, ſed etiam ad ſtellas fixas, quarum latitudo non excedat gr. 9. quorum limites latitudinis Tabulæ non ſuperant; Verum ſi libuerit dirigere ad Stellas, quarum latitudo ſit maior 9 graduum, ſumenda eſt earum aſcenſio obliqua ad quamcumque Poli eleuationem cum Declinatione, Aſcenſione recta, & Differentia aſcenſionali, vt moris eſt.

Directiones in parte cæli deſcendente componuntur per deſcenſiones, quæ ſunt æquales aſcenſionibus loci oppoſiti; Imum cæli dirigitur non ſecus ac Medium cæli, ſic Occidentis linea, quemadmodum Aſcendens. Extra angulos collocato ſignificatore indagatur circulus Poſitionis, & dirigitur per deſcenſiones; quod eſt idem, ac dirigere per Nadir, ſeu oppoſita, vt diximus in noſtris Tabulis.

Cir-

Circuli poſitionum ex quorum aſcenſionibus cuſpides domiciliorum cæl ſtium rationali via conſtituuntur triangulorum ope hoc pacto indagantui

Sicut radius ad ſinum diſtantiæ à Medio cæli ita tangens eleuationis Pc ad Circulum poſitionis; Exemplam; Sint indagandi circuli poſitionum dc mus vndecimæ, & duodecimæ ſub Pol. 42. Vndecima diſtat à Medio cæ grad. 30. quorum ſinus eſt 50000; duodecima diſtat gr. 60 & ſinus rectus c 86603; Tangcs gr. 42. eleuationis Poli eſt 90040; tunc ſicut radius 10000 ad 50000 ita 90040. ad 45020. quibus repondit in tabula tanget gr. 24 14′ pro circulo poſitionis domus xi.

Sicut rad. 100000 ad 86603 ita 90040. ad 77977. quibus reſpondet g 37. 57′. pro circulo poſitionis domus xij.

Ex quibus conſpici poteſt an Circuli poſitionum eliciti ex Monteregio a ex Ptol. ſint veriores; eum Ptolomaici demonſtratione non fulgiantur.

DE MENSVRA DIRECTIONVM. Cap. XXIII.

DIRECTORIVS arcus, ſeu arcus directionis pro euentum temp ribus præſagiendis ab Aſtronomię origine ita menſuratus eſt on ni ſeculo, vt pro quolibet directionis gradu integro tribueretu annus integer Solaris dierum 365. hor. 5 49′. prout Antiquoru monumentis proditum reperimus ſententia Ptolemæi comprobatum 3. Qu drip. cap. 15. Inueterata hoc obſeruatione poſt tot ſecula Hieronymus Ca danus directoriæ artis imperitiſſimus (vt in ſuis genituris conſpici poteſt) ſi ſomnijs, quæ in Mathematicis non habent locum, attulit in medium, fu damento prorſus nullo, addendam eſſe ſemper directionis partem ſeptua ſimam ſecundam, ità vt vnus gradus directionis correſponderet vno an Solari cum additione partis 72. quàm opinionem reaſſumens Valenti Nayboda, neſcienſq; quomodo hæc pars poſſet motibus adaptari, prot directiones eſſe menſurandas cum motu Solis medio, qui eſt 59′. 8″. & di ctionis gr. 0. 59′. 8″ reſponderet anno Solari. Tycho Brahæ, & Aſſe Danici cogitantes motum directionum fieri in æquatore, atque Primo M bili, nec quid minimum hæc ſpectare ad Solem, ac ſecunda mobilia, niſi ſpectu dicti Aequatoris, opinati ſunt menſuram hanc fieri debere cum m Solis diurno in Aequatore, & ſpatium, quod Sol aſcendit in ſphæra recta erectæ figuræ cæleſtis, correſpondeat anno integro Solari, quod ex Tab Aſcenſionum Rectarum cum gradu Zodiaci, quem obtinet Sol, tunc temp ris auſpicatur; Quidam alij intelligentes perperam Tychonis ſententia nituntur Tyronibus oſtendere menſurandas eſſe directiones cum motu Sc in Zodiaco, & ſpatium, quod tunc temporis Sol abſoluit in Zodiaco m diurno, correſpondere anno integro Solari, quod vaniſſimum ratione i tur, & experientia.

No

Nos rogati pluries, ac ferè compulſi, vt ſententiam circa hanc materiã arduam (ex qua ars tota dependet) afferemus, & præſertim intuitu Parienſium profeſſorum ex litteris Eximij Viri D. Lucæ Fabbroni Florentini Galle Reginæ Aulici, nunquam in tanta Veterum vnanimi concordia, meſſe electa, & limpida, auſi ſumus miſcere zizaniam.

Non negandum, hoc eſſe totum Artis fundamentum, variatoque omnia erruere in confuſionẽ; ſtultiſſimum ergò eſt aſſerere Ptolemæum in alijs minimis alioqui exactiſſimum, inſcitia tanta in hoc vſum, & præciſam nobis menſuram non explicaſſe, cum quomodolibet ſumpta magnam ſubire poſſit varietatem, eamque iuxta Tychonis ſententiam (quæ rationi alijs magis congruit) in annis 60 vltra gr. 5. Tribuit Ptolemęus gradui vno directionis annum integrum ſolatem, idem habetur in antiquis omnibus ſcriptis; & preterea ſingulis minutis quinque (quod eſt præciſius) menſem vnum tribuerunt vſque ad Ioannem Regiomontanum, qui eadem vt diſcuſſa confirmit. Viderat Ptolemęus prædictiones de Imperatoribus ad diem, viderat ſuas innumeras; quorſum ergò tanta nos decipiendo ommiſiſſet? Habemus innumeras proximè tranſacti ſeculi, quæ ſingulæ eumdem ordinem ſortitæ ſunt, videant diſſentientes illam Ioannis Mariæ Ferrarienſis de Iacobo Piccinino vulgatam, de Paulo III. Paridis Cereſarij, in quibus directiones contigerunt ad vnguem, tribuendo pro quolibet gradu annum integrum, cum aliter accidentia cum directionibus nullomodo congruerent; Sic noſtro ęuo nos eadem experti obſeruationibus penè infinitis coacti ſumus Antiquorum præcepti s ſubſcribere. Quòd verò accidentia non contingant ad vnguem in contactu directionis, non mirum, nam præterquam quod Planetarum loca exactiſſimà exarata eſſe non poſſunt, ex ſitu, robore, & alijs paſſinibus ſignificatorum, ac promiſſorũm, effectus citius aliquandò, ocyus ſæpè experimur, quàm exigat directio; cum orientales, validi, veloces, angulares citius effectus producant, quam occidentales, peregrini, retrogradi in cadentibus, & debiles; accidit inſuper, quòd neceſſarij ſunt ingreſſus, ac progreſſus vt plurimùm, qui concordẽt cùm directionibus, & pleraque alia, quæ experientia accelerare, & retardare effectus aſpicimus quotidie; rectificetur ergò cœleſte Thæma ex accidentibus, experiaturque vnuſquiſque deinde an recentioribus, an antiquitati credendum.

Ta-

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Eleu. Poli.	1		2		3		4		5		6		7		8		9		10	
G	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'
1	0	1	0	2	0	3	0	4	0	5	0	6	0	7	0	8	0	9	0	11
2	0	2	0	4	0	6	0	8	0	10	0	13	0	15	0	17	0	19	0	21
3	0	3	0	6	0	9	0	13	0	16	0	19	0	22	0	25	0	29	0	32
4	0	4	0	8	0	13	0	17	0	21	0	25	0	30	0	34	0	38	0	42
5	0	5	0	10	0	16	0	21	0	26	0	32	0	37	0	42	0	48	0	53
6	0	6	0	13	0	19	0	25	0	32	0	38	0	44	0	51	0	57	1	4
7	0	7	0	15	0	22	0	30	0	37	0	44	0	52	0	59	1	7	1	14
8	0	8	0	17	0	25	0	34	0	42	0	51	0	59	1	8	1	16	1	25
9	0	9	0	19	0	29	0	38	0	48	0	57	1	7	1	16	1	26	1	36
10	0	11	0	21	0	32	0	42	0	53	1	4	1	14	1	25	1	36	1	47
11	0	12	0	23	0	35	0	47	0	58	1	10	1	22	1	34	1	46	1	58
12	0	13	0	25	0	38	0	51	1	4	1	17	1	30	1	43	1	56	2	9
13	0	14	0	28	0	42	0	56	1	9	1	23	1	37	1	52	2	6	2	20
14	0	15	0	30	0	45	1	0	1	15	1	30	1	45	2	1	2	16	2	31
15	0	16	0	32	0	48	1	4	1	21	1	37	1	53	2	10	2	26	2	42
16	0	17	0	34	0	52	1	9	1	26	1	44	2	1	2	19	2	36	2	54
17	0	18	0	37	0	55	1	14	1	32	1	50	2	9	2	28	2	47	3	5
18	0	19	0	39	0	59	1	18	1	38	1	57	2	17	2	37	2	57	3	17
19	0	21	0	41	1	2	1	23	1	44	2	4	2	25	2	46	3	8	3	29
20	0	22	0	44	1	6	1	27	1	49	2	12	2	34	2	56	3	18	3	41
21	0	23	0	46	1	9	1	32	1	55	2	19	2	41	3	6	3	29	3	53
22	0	24	0	49	1	13	1	37	2	2	2	26	2	50	3	15	3	40	4	5
23	0	25	0	51	1	17	1	42	2	8	2	33	2	59	3	25	3	51	4	18
24	0	27	0	53	1	20	1	47	2	14	2	41	3	8	3	35	4	3	4	30
25	0	28	0	56	1	24	1	52	2	20	2	49	3	17	3	45	4	14	4	43
26	0	29	0	59	1	28	1	57	2	27	2	56	3	26	3	56	4	26	4	56
27	0	31	1	1	1	32	2	3	2	33	3	4	3	35	4	6	4	38	5	9
28	0	32	1	4	1	36	2	8	2	40	3	12	3	45	4	17	4	50	5	23
29	0	33	1	7	1	40	2	13	2	47	3	20	3	54	4	28	5	2	5	37
30	0	35	1	9	1	44	2	19	2	54	3	29	4	4	4	39	5	15	5	51
31	0	36	1	12	1	48	2	24	3	1	3	37	4	14	4	51	5	28	6	5
32	0	37	1	15	1	53	2	30	3	8	3	46	4	24	5	2	5	41	6	20

Ta-

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Eleu. Poli.	1		2		3		4		5		6		7		8		9		10	
G	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	
33	0	39	1	18	1	57	2	36	3	15	3	55	4	34	5	14	5	54	6	3
34	0	40	1	21	2	2	2	42	3	23	4	4	4	45	5	26	6	8	6	5
35	0	42	1	24	2	6	2	48	3	31	4	13	4	56	5	39	6	21	7	
36	0	44	1	27	2	11	2	55	3	39	4	23	5	7	5	52	6	36	7	2
37	0	45	1	30	2	16	3	2	3	47	4	33	5	11	6	5	6	51	7	3
38	0	47	1	34	2	21	3	8	3	55	4	43	5	30	6	18	7	6	7	5
39	0	49	1	37	2	26	3	15	4	4	4	53	5	42	6	32	7	22	8	1
40	0	50	1	41	2	31	3	22	4	13	5	4	5	55	6	46	7	38	8	3
41	0	52	1	44	2	37	3	29	4	22	5	15	6	8	7	1	7	55	8	4
42	0	54	1	48	2	42	3	37	4	31	5	26	6	21	7	16	8	12	9	
43	0	56	1	52	2	48	3	44	4	41	5	38	6	34	7	32	8	30	9	2
44	0	58	1	56	2	54	3	52	4	51	5	50	6	49	7	48	8	48	9	4
45	1	0	2	0	3	0	4	1	5	1	6	2	7	3	8	5	9	7	10	
46	1	2	2	4	3	7	4	9	5	12	6	15	7	18	8	22	9	26	10	3
47	1	4	2	9	3	13	4	18	5	23	6	28	7	34	8	40	9	47	10	5
48	1	7	2	13	3	20	4	27	5	35	6	42	7	50	8	59	10	8	11	1
49	1	9	2	18	3	27	4	37	5	47	6	57	8	7	9	19	10	30	11	4
50	1	12	2	23	3	35	4	47	5	59	7	11	8	25	9	39	10	53	12	
51	1	14	2	28	3	43	4	57	6	12	7	27	8	43	10	0	11	17	12	3
52	1	17	2	34	3	51	5	8	6	26	7	44	9	3	10	22	11	42	13	
53	1	20	2	39	3	59	5	1	6	40	8	1	9	23	10	45	12	8	13	3
54	1	23	2	45	4	8	5	3	6	55	8	19	9	44	11	9	12	35	14	
55	1	26	2	52	4	18	5	4	7	11	8	38	10	6	11	35	13	4	14	3
56	1	29	2	58	4	27	5	5	7	27	8	58	10	29	12	2	13	35	15	
57	1	32	3	5	4	38	6	1	7	44	9	19	10	54	12	30	14	7	15	4
58	1	36	3	12	4	49	6	26	8	2	9	41	11	20	13	0	14	41	16	2
59	1	40	3	20	5	0	6	4	8	22	10	4	11	48	13	32	15	17	17	
60	1	44	3	28	5	12	6	57	8	43	10	29	12	17	14	5	15	55	17	47
61	1	44	3	34	5	25	7	15	9	5	10	56	12	48	14	45	16	36	18	3
62	1	48	3	46	5	39	7	33	9	28	11	24	13	21	15	20	17	20	19	2
63	1	58	3	56	5	54	7	53	9	53	11	54	13	57	16	1	18	7	20	1
64	2	3	4	6	6	10	8	15	10	20	12	27	14	35	16	45	18	57	21	1

Declinatio Stellæ, ſeu alterius loci.

Ta

Tabula differentiarum Aſcenſionalium.

Eleu. Poli.	1		2		3		4		5		6		7		8		9		10	
G	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′
65	2	9	4	18	6	27	8	37	10	49	13	2	15	16	17	32	19	51	22	13
66	2	15	4	30	6	46	9	2	11	20	13	39	16	1	18	24	20	50	23	10
67	2	21	4	33	7	6	9	29	11	55	14	20	16	49	19	20	21	55	24	33
68	2	29	4	57	7	27	9	58	12	30	15	5	17	42	20	21	23	5	25	53
69	2	36	5	13	7	51	10	30	13	10	15	53	18	39	21	29	24	23	27	21
70	2	45	5	30	8	17	11	5	13	55	16	47	19	43	22	43	25	48	28	59
71	2	54	5	49	8	45	11	43	14	43	17	46	20	53	24	5	27	13	30	48
72	3	5	6	10	9	17	12	26	15	37	18	52	22	12	25	38	29	10	32	52
73	3	16	6	34	9	52	13	13	16	38	20	6	23	41	27	22	31	12	35	13
74	3	29	7	0	10	32	14	7	17	46	21	30	25	21	29	21	33	32	37	56
75	3	44	7	29	11	17	15	8	19	3	23	6	27	10	31	38	36	14	41	9
76	4	1	8	3	12	8	16	17	20	33	24	56	29	38	34	19	39	26	45	[illegible]
77	4	20	8	42	13	7	17	38	22	16	27	5	32	8	37	30	43	19	49	48
78	4	43	9	27	14	16	19	12	24	18	29	38	35	17	41	23	48	10	56	3
79	5	9	10	21	15	38	21	4	26	45	32	44	39	10	46	18	54	34	65	7
80	5	41	11	25	17	17	23	22	29	45	36	35	44	8	52	51	63	55	90	0
81	6	19	12	44	19	19	26	12	33	32	41	35	50	50	62	33	90	0		
82	7	8	14	23	21	54	29	50	38	30	48	24	60	33	90	0				
83	8	10	16	31	25	16	34	43	45	27	58	52	90	0						
84	9	34	19	24	29	55	41	42	56	21	90	0								
85	11	31	23	31	36	49	53	0	90	0										
86	14	27	39	58	48	23	90	0												
87	19	27	41	47	90	0														
88	36	51	90	0																
89	90	0																		
90																				

Declinatio Stellæ, ſeu alterius loci.

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Eleu. Poli.	11		12		13		14		15		16		17		18		19		20	
G	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	
1	0	12	0	13	0	14	0	15	0	16	0	17	0	18	0	19	0	21	0	2
2	0	23	0	25	0	28	0	30	0	32	0	34	0	37	0	39	0	42	0	4
3	0	35	0	38	0	42	0	45	0	48	0	52	0	54	0	59	1	2	1	
4	0	47	0	51	0	56	1	0	1	4	1	9	1	14	1	18	1	23	1	2
5	0	58	1	4	1	9	1	15	1	21	1	26	1	32	1	38	1	44	1	4
6	1	10	1	17	1	23	1	30	1	37	1	44	1	50	1	57	2	4	2	1
7	1	22	1	30	1	37	1	45	1	53	2	1	2	9	2	17	2	25	2	3
8	1	35	1	43	1	52	2	0	2	9	2	19	2	28	2	37	2	46	2	5
9	1	46	1	56	2	6	2	16	2	26	2	36	2	47	2	57	3	8	3	1
10	1	58	2	9	2	20	2	31	2	42	2	54	3	5	3	17	3	20	3	4
11	2	10	2	22	2	34	2	47	2	59	3	12	3	24	3	37	3	50	4	
12	2	22	2	35	2	49	3	2	3	16	3	30	3	44	3	58	4	12	4	2
13	2	34	2	49	3	3	3	18	3	33	3	48	4	3	4	18	4	34	4	
14	2	47	3	2	3	18	3	34	3	50	4	6	4	22	4	39	4	56	5	
15	2	59	3	16	3	33	3	50	4	7	4	24	4	42	5	0	5	18	5	
16	3	12	3	30	3	48	4	6	4	24	4	43	5	2	5	21	5	40	5	
17	3	24	3	44	4	3	4	22	4	42	5	2	5	22	5	42	6	2	6	
18	3	37	3	58	4	18	4	39	5	0	5	21	5	42	6	4	6	25	6	
19	3	50	4	12	4	34	4	55	5	18	5	40	6	3	6	26	6	49	7	
20	4	3	4	26	4	49	5	12	5	36	5	59	6	24	6	48	7	12	7	
21	4	17	4	4	5	5	5	30	5	54	6	19	6	45	7	10	7	36	8	
22	4	30	4	56	5	21	5	47	6	13	6	39	7	6	7	33	8	0	8	
23	4	44	5	11	5	37	6	5	6	32	6	59	7	27	7	56	8	24	8	
24	4	58	5	26	5	54	6	23	6	51	7	20	7	49	8	19	8	49	9	
25	5	12	5	41	6	11	6	41	7	11	7	41	8	12	8	43	9	14	9	
26	5	26	5	57	6	28	6	59	7	31	8	2	8	35	9	7	9	40	10	
27	5	41	6	13	6	45	7	18	7	51	8	24	8	58	9	32	10	6	10	
28	5	56	6	29	7	3	7	37	8	11	8	46	9	21	9	57	10	33	11	
29	6	11	6	46	7	21	7	57	8	32	9	9	9	45	10	23	11	0	11	
30	6	27	7	3	7	40	8	17	8	54	9	32	10	10	10	49	11	28	12	
31	6	42	7	20	7	59	8	37	9	16	9	55	10	35	11	16	11	56	12	
32	6	59	7	38	8	18	8	58	9	38	10	19	11	1	11	43	12	25	13	

Declinatio Stellæ, ſeu alterius loci.

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Ele. Poli.	11		12		13		14		15		16		17		18		19		20	
G	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'
3	7	15	7	56	8	37	9	19	10	1	10	44	11	27	12	11	12	55	13	40
4	7	32	8	15	8	57	9	41	10	25	11	9	11	54	12	40	13	26	14	13
5	7	49	8	34	9	18	10	3	10	49	11	35	12	22	13	9	13	57	14	46
6	8	7	8	53	9	39	10	26	11	13	12	1	12	50	13	39	14	29	15	20
7	8	25	9	13	10	1	10	50	11	39	12	29	13	19	14	10	15	2	15	55
8	8	44	9	34	10	23	11	14	12	5	12	57	13	49	14	42	15	36	16	31
[illegible]	9	3	9	55	10	46	11	39	12	32	13	26	14	20	15	15	16	11	17	8
[illegible]	9	23	10	16	11	10	12	5	13	0	13	55	14	51	15	49	16	48	17	47
[illegible]	9	44	10	39	11	35	12	31	13	28	14	26	15	25	16	24	17	25	18	27
[illegible]	10	5	11	2	12	0	12	58	13	58	14	58	15	59	17	1	18	4	19	8
[illegible]	10	27	11	26	12	26	13	27	14	28	15	31	16	34	17	38	18	44	19	50
[illegible]	10	49	11	51	12	53	13	56	15	0	16	5	17	10	18	17	19	25	20	35
[illegible]	11	13	12	16	13	21	14	28	15	33	16	40	17	48	18	58	20	8	21	21
[illegible]	11	37	12	43	13	50	14	58	16	7	17	10	18	27	19	40	20	53	22	9
[illegible]	12	2	13	11	14	20	15	30	16	42	17	54	19	8	20	23	21	40	22	58
[illegible]	12	28	13	39	14	51	16	5	17	19	18	34	19	51	21	9	22	29	23	51
[illegible]	12	55	14	9	15	24	16	40	17	57	19	16	20	36	21	57	23	20	24	45
[illegible]	13	24	14	40	15	58	17	17	18	37	19	59	21	22	22	47	24	15	25	42
[illegible]	13	53	15	13	16	34	17	56	19	19	20	44	22	11	23	39	25	10	26	43
[illegible]	14	21	15	47	17	11	18	37	20	3	21	32	23	2	24	34	26	9	27	46
[illegible]	14	57	16	23	17	50	19	19	20	50	22	22	23	56	25	35	27	11	28	53
[illegible]	15	31	17	1	18	32	20	4	21	38	23	15	24	53	26	34	28	17	30	4
[illegible]	16	7	17	40	19	15	20	52	22	30	24	10	25	53	27	39	29	27	31	19
[illegible]	16	45	18	22	20	1	21	42	23	24	25	9	26	57	28	40	30	42	32	39
[illegible]	17	25	19	6	20	49	22	35	24	22	26	12	28	5	30	1	32	1	34	5
[illegible]	18	7	19	52	21	41	23	31	25	23	27	19	29	18	31	20	33	26	35	37
[illegible]	18	52	20	43	22	36	24	31	26	29	28	30	30	35	32	44	34	58	37	17
[illegible]	19	40	21	36	23	34	25	35	27	39	29	47	31	58	34	15	36	37	39	5
[illegible]	20	32	22	23	24	37	26	44	28	54	31	9	33	28	35	53	38	24	41	3
[illegible]	21	27	23	34	25	44	27	58	30	16	32	38	35	6	37	40	40	22	43	12
[illegible]	22	26	24	39	26	57	29	18	31	44	34	15	36	52	39	37	42	31	45	35
[illegible]	23	29	25	50	28	15	30	45	33	19	36	1	38	49	41	46	44	54	48	16

P 2 Ta-

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Declinatio Stellæ ſeu alterius loci.

Eleu. Pol.	11		12		13		14		15		16		17		18		19		20	
G	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'
65	24	38	27	7	29	41	32	10	35	4	37	56	40	58	44	10	47	36	51	1
66	25	53	28	31	31	14	34	3	37	0	40	6	43	22	46	52	50	39	54	5
67	27	15	30	3	32	57	35	58	39	8	42	30	46	4	49	56	54	13	59	
68	28	45	31	45	34	51	38	6	41	33	45	13	49	10	53	52	58	27	64	1
69	30	25	33	37	36	58	40	30	44	16	48	20	52	48	57	50	63	47	71	2
70	32	13	35	44	39	22	43	14	47	24	51	59	57	8	63	13	71	5	90	
71	34	22	38	7	42	6	46	23	51	6	56	23	62	37	70	40	90	0		
72	36	45	40	51	45	17	50	7	55	33	61	57	70	12	90	0				
73	39	29	44	3	49	2	54	38	61	13	69	42	90	0						
74	42	41	47	50	53	37	60	17	69	8	90	0								
75	46	30	52	30	59	30	68	31	90	0										
76	51	14	58	29	67	49	90	0												
77	57	21	67	2	90	0														
78	66	8	90	0																
79	90	0																		
80																				
81																				
82																				
83																				
84																				
85																				
86																				
87																				
88																				
89																				
90																				

Ta-

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Ecu. ol.	21		22		23		24		25		26		27		28		29		30	
G	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′	G	′
1	0	23	0	24	0	25	0	27	0	2[illegible]	0	2[illegible]	0	31	0	32	0	33	0	35
2	0	46	0	49	0	51	0	53	0	56	0	5[illegible]	1	1	1	4	1	7	1	9
3	1	9	1	13	1	17	1	20	1	24	1	28	1	32	1	36	1	40	1	44
4	1	32	1	37	1	42	1	47	1	52	1	57	2	3	2	8	2	13	2	19
5	1	55	2	2	2	8	2	14	2	20	2	27	2	33	2	40	2	47	2	54
6	2	19	2	26	2	33	2	41	2	49	2	56	3	4	3	12	3	20	3	29
7	2	42	2	51	2	59	3	8	3	17	3	26	3	35	3	45	3	54	4	4
8	3	6	3	15	3	25	3	35	3	45	3	56	4	6	4	17	4	28	4	39
9	3	29	3	40	3	51	4	3	4	14	4	26	4	38	4	50	5	2	5	15
10	3	53	4	5	4	18	4	30	4	5[illegible]	4	56	5	9	5	23	5	38	5	51
11	4	17	4	30	4	44	4	58	5	12	5	26	5	41	5	56	6	11	6	27
12	4	41	4	56	5	11	5	26	5	4[illegible]	5	57	6	13	6	29	6	46	7	3
13	5	5	5	21	5	38	5	54	6	1	6	28	6	45	7	3	7	21	7	40
14	5	30	5	47	6	5	6	22	6	41	6	59	7	18	7	37	7	56	8	17
15	5	54	6	13	6	32	6	51	7	11	7	31	7	51	8	11	8	32	8	54
16	6	19	6	39	6	59	7	20	7	41	8	3	8	24	8	46	9	8	9	32
17	6	44	7	6	7	27	7	49	8	12	8	35	8	58	9	21	9	45	10	10
18	7	10	7	33	7	56	8	19	8	43	9	7	9	32	9	56	10	23	10	49
19	7	36	8	0	8	24	8	49	9	14	9	40	10	6	10	33	11	0	11	28
20	8	2	8	27	8	53	9	19	9	46	10	14	10	41	11	9	11	38	12	8
21	8	28	8	55	9	23	9	50	10	19	10	47	11	17	11	46	12	17	12	48
22	8	55	9	24	9	53	10	22	10	52	11	22	11	53	12	24	12	56	13	29
23	9	22	9	53	10	23	10	54	11	25	11	57	12	29	13	3	13	37	14	11
24	9	50	10	22	10	54	11	26	11	59	12	33	13	7	13	42	14	17	14	54
25	10	19	0	52	11	25	11	59	12	34	13	9	13	45	14	21	14	59	15	37
26	10	47	11	22	11	57	12	33	13	9	13	46	14	24	15	2	15	41	16	21
27	11	17	11	53	12	29	13	7	13	45	14	23	15	3	15	43	16	24	17	6
28	11	47	12	24	13	3	13	42	14	21	15	2	15	43	16	25	17	8	17	53
29	12	17	12	56	13	37	14	18	14	59	15	41	16	24	17	8	17	54	18	40
30	12	48	13	29	14	11	14	54	15	37	16	21	17	6	17	53	18	40	19	28
31	13	20	14	3	14	47	15	31	16	16	17	2	17	50	18	38	19	27	20	18
32	13	53	14	37	15	23	16	9	16	56	17	45	18	34	19	24	20	16	21	9

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Eleu. Pol.	21		22		23		24		25		26		27		28		29		30	
G	G	'	G	'	G	'	G	'	G		G	'	G	'	G	'	G	'	G	
33	14	26	15	13	16	0	16	48	17	38	18	27	19	20	20	12	21	6	22	
34	15	0	15	49	16	38	17	29	18	20	19	12	20	6	21	1	21	57	22	5
35	15	36	16	26	17	17	18	10	19	3	19	58	20	54	21	51	22	50	23	5
36	16	12	17	4	17	58	18	53	19	48	20	45	21	44	22	44	23	45	24	4
37	16	49	17	44	18	39	19	36	20	34	21	34	22	25	23	37	24	41	25	4
38	17	27	18	24	19	22	20	21	21	22	22	24	23	28	24	33	25	40	26	4
39	18	6	19	6	20	6	21	8	22	11	23	16	24	22	25	30	26	40	27	5
40	18	47	19	49	20	52	21	56	23	2	24	9	25	19	26	30	27	43	28	5
41	19	30	20	34	21	39	22	46	23	55	25	5	26	17	27	32	28	48	30	
42	20	13	21	20	22	28	23	38	24	50	26	3	27	18	28	36	29	56	31	1
43	20	59	22	8	23	19	24	32	25	46	27	3	28	22	29	43	31	7	32	3
44	21	45	22	58	24	12	25	20	26	45	28	6	29	28	30	54	32	22	33	5
45	22	34	23	50	25	7	26	26	27	48	29	11	30	38	32	7	33	40	35	1
46	23	26	24	44	26	5	27	27	28	52	30	20	31	51	33	24	35	2	36	4
47	24	18	25	40	27	5	28	31	30	0	31	32	33	7	34	46	36	28	38	[illegible]
48	25	14	26	40	28	8	29	38	31	11	32	47	34	28	36	11	38	0	39	5
49	26	12	27	42	29	14	30	49	32	26	34	8	35	53	27	53	37	39	41	3
50	27	13	28	47	30	23	32	3	33	46	35	33	37	23	39	19	41	21	43	2
51	28	17	29	56	31	37	33	21	35	9	37	2	38	59	41	2	43	11	45	2
52	29	26	31	8	32	54	34	44	36	39	38	38	40	42	42	53	45	12	47	3
53	30	37	32	25	34	17	36	13	38	14	40	20	42	33	44	53	47	21	50	
54	31	54	33	47	35	45	37	48	39	56	42	10	44	32	47	2	49	43	52	3
55	33	14	35	14	37	19	39	29	41	45	44	0	46	41	49	35	52	20	55	3
56	34	41	36	48	38	59	41	18	43	44	46	19	49	4	52	2	55	16	58	5
57	36	14	38	28	40	49	43	17	45	53	48	40	51	41	54	58	58	36	62	4
58	37	54	40	17	42	47	45	27	48	16	51	19	53	37	58	19	62	30	67	31
59	39	40	42	16	44	57	47	49	50	54	54	16	58	0	62	14	67	18	73	3
60	41	50	44	25	47	19	50	27	53	52	57	39	61	57	67	24	73	46	90	[illegible]
61	43	50	46	48	49	59	53	26	57	36	61	38	66	49	73	35	90	0		
62	46	12	49	27	52	58	56	52	61	17	66	32	73	23	90	0				
63	48	53	52	28	56	25	60	54	66	14	73	11	90	0						
64	51	55	55	55	60	29	65	54	72	57	90	0								

Declinatio Stellæ ſeu alterius loci.

Ta-

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

El. Pol.	21		22		23		24		25		26		27		28		29		30	
	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'	G	'
5	55	23	60	3	65	21	72	42	90	0										
6	59	34	65	9	72	26	90	0												
7	64	44	72	8	90	0														
8	71	49	90	0																
9	90	0																		
0																				
1																				
2																				
3																				
4																				
5																				
6																				
7																				
8																				
9																				
0																				
1																				
2																				
3																				
4																				
5																				
6																				
7																				
8																				
9																				
0																				

Tabula Differentiarum Aſcenſionalium.

Declinatio Stellæ, ſeu alterius loci.

Eleu. Poli.	31		32		33		34		35		36		37		38		39		40	
G	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	
1	0	36	0	37	0	39	0	40	0	42	0	44	0	45	0	47	0	49	0	5
2	1	12	1	15	1	18	1	21	1	24	1	27	1	31	1	34	1	37	1	4
3	1	48	1	53	1	57	2	2	2	6	2	11	2	16	2	21	2	26	2	3
4	2	24	2	30	2	36	2	42	2	48	2	55	3	1	3	8	3	15	3	2
5	3	1	3	8	3	15	3	23	3	31	3	39	3	47	3	55	4	4	4	1
6	3	37	3	46	3	55	4	3	4	13	4	23	4	33	4	43	4	53	5	
7	4	14	4	24	4	34	4	45	4	56	5	7	5	19	5	30	5	42	5	
8	4	51	5	2	5	14	5	26	5	39	5	52	6	5	6	18	6	32	6	4
9	5	28	5	41	5	54	6	8	6	22	6	36	6	51	7	6	7	22	7	3
10	6	5	6	20	6	35	6	50	7	6	7	22	7	38	7	55	8	13	8	3
11	6	42	6	59	7	15	7	32	7	49	8	7	8	25	8	44	9	3	9	2
12	7	20	7	38	7	56	8	15	8	34	8	53	9	13	9	34	9	55	10	1
13	7	58	8	18	8	37	8	58	9	18	9	39	10	1	10	24	10	46	11	1
14	8	37	8	58	9	19	9	41	10	3	10	26	10	50	11	14	11	39	12	
15	9	16	9	38	10	1	10	25	10	49	11	14	11	39	12	5	12	32	13	
16	9	55	10	19	10	44	11	9	11	35	12	2	12	29	12	57	13	26	13	
17	10	35	11	1	11	27	11	54	12	22	12	50	13	19	13	49	14	20	14	
18	11	16	11	43	12	11	12	40	13	9	13	39	14	10	14	42	15	15	15	
19	11	56	12	26	12	55	13	26	13	57	14	29	15	2	15	36	16	11	16	
20	12	38	13	9	13	40	14	13	14	46	15	20	15	55	16	31	17	8	17	
21	13	20	13	53	14	26	15	0	15	36	16	12	16	49	17	27	18	7	18	
22	14	3	14	37	15	13	15	49	16	27	17	5	17	44	18	24	19	6	19	
23	14	47	15	23	16	0	16	38	17	17	17	58	18	39	19	22	20	6	20	5
24	15	31	16	9	16	48	17	29	18	10	18	52	19	36	10	21	21	8	21	5
25	16	16	16	56	17	38	18	20	19	3	19	48	20	34	21	21	22	11	23	
26	17	2	17	45	18	28	19	12	19	58	20	45	21	34	22	24	23	16	24	1
27	17	50	18	34	19	19	20	6	20	54	21	44	22	35	23	28	24	22	25	1
28	18	38	19	24	20	12	21	1	21	51	22	44	23	37	24	33	25	30	26	3
29	19	27	20	16	22	6	21	57	22	50	23	45	24	41	25	40	26	40	27	4
30	20	18	21	9	21	1	22	55	23	51	24	48	25	47	26	49	27	52	28	5
31	21	10	22	3	22	58	23	55	24	53	25	53	26	55	28	0	29	7	30	1
32	22	3	22	59	23	56	24	56	25	57	27	0	28	5	29	13	30	24	31	3

Ta-

Tabula differentiarum Aſcenſionalium.

leu· bli.	31		32		33		34		35		36		37		38		39		40	
G	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l	G	l
33	22	58	23	56	24	57	25	59	27	3	28	9	29	18	30	29	31	44	33	1
34	23	55	24	56	25	59	27	4	28	11	29	21	30	32	31	48	33	6	34	28
35	24	53	25	57	27	3	28	11	29	22	30	35	31	50	33	10	34	33	35	59
36	25	53	27	0	28	9	29	21	30	35	31	52	33	12	34	36	36	2	37	33
37	26	55	28	5	29	18	30	32	31	50	33	12	34	32	36	4	37	36	39	13
38	28	0	29	13	30	29	31	48	33	10	34	36	36	4	37	37	39	15	40	58
39	29	7	30	23	31	44	33	6	34	33	36	2	37	36	39	15	40	59	42	49
40	30	17	31	37	33	1	34	28	35	59	37	33	39	13	40	58	42	49	44	45
41	31	29	32	54	34	22	35	53	37	30	39	10	40	55	42	47	44	45	46	50
42	32	45	34	15	35	47	37	23	39	5	40	52	42	44	44	42	46	49	49	4
43	34	5	35	38	37	16	38	59	40	46	42	39	44	39	46	46	49	2	51	29
44	35	28	37	7	38	50	40	39	42	33	44	33	46	42	48	59	51	27	54	8
45	36	56	38	40	40	30	42	25	44	26	46	36	48	54	51	22	54	4	57	3
46	38	29	40	19	42	16	44	18	46	29	48	48	51	17	54	0	56	57	60	20
